## ¶ Collectorium regularum fratrum et monialium ſub regimine prelatorū ordinis minorum degentium.

¶ Prefatiuncula.

Quia multe perſone religioſe diuerſorū ordinū ſub regimine prelatorū ordinis minorū degunt: et aliquorū hmōi ordinum regule non reperiuntur impreſſe: nec inſimul adunate: idcirco ꝓ cōi vtilitate ſubditorū ac prelatorū: in calce Cōpendij priuilegioꝝ fratrum prefatorum: iuxta ordinum huiuſmodi antiquitatē: cum nōnullis alijs eoſdē ordines concernentibus ſucceſſiue deſcribuntur. Collectorium

¶ Primo tñ ponitur regula fratrū minorum: veluti fundamentū optimū cui alie ſequentes regule innituntur. Ac etiā teſtamentū ſeraphici patris frāciſci fundatoris predicte regule: ac nōnullarū inferius poſitarū. Et annectitur forma recipiēdi prenominatos fratres ad ꝓfeſſionē. ¶ Secundo apponitur prima regula monialium ſancte Clare per ſupradictū ſeraphicū patrē edita. ¶ Tertio additur ſecunda regula monialiū ſancte Clare per Urbanū papā.4.ordinata. In fine cuiꝰ inſeritur ordo ad induendū nouicias: ac benedicendum profeſſas: ⁊ abbatiſſas. ¶ Quarto ſuperadditur prima regula fratrū et ſororum tertij ordinis: per prefatū ſeraphicū patrē facta: et per Nicolaum.4.bulle numine roborata. ¶ Quinto ſequitur ſecunda regula pro predictis tertiarijs ſub tribꝰ votis eſſentialibus in cōgregatione viuentibus: per Leonē.10.facta: ſeu confirmata. Cui adiungitur ordo ad induendū hmōi tertiarios fratres ⁊ ſorores. ¶ Sexto ſubſequitur regula monialium Conceptionis immaculate ſemperq; virginis dei genitricis: per Julium papā.2.edita: vel approbata. ¶ Ultimo ſubiungitur ordo agendorū ⁊ dicēdorū in miſſa: iuxta cōſuetudinē Romane eccl'ie: incipiens: Indutus planeta ⁊c. Cui adiunguntur ordinationes et declarationes officij diuini in capitulis generalibus auctoritate ap'lica facte. Ac inſuper ordo ad benedicendū ſacra ornamenta. Diſtinctio in ſeriꝰ cōtētoꝝ

Honorius epus ſeruus ſeruorum dei: dilectis filijs fratri franciſco ⁊ alijs fratribus de ordine fratrum minoꝝ: ſalutē et apoſtolicā benedictionē. Solet annuere ſedes ap'lica pijs votis: ⁊ honeſtis petentiū deſiderijs: fauorē beniuolū impartiri. Ea propter dilecti in dño filij: veſtris pijs precibus inclinati: ordinis veſtri regulā a bone memorie Innocentio papa predeceſſore nr̄o approbatam: annotatā preſentibus: auctoritate vobis ap'lica confirmamus: ⁊ preſentis ſcripti patrocinio cōmunimus. Que talis eſt. Prologus pōtificalis.

## ¶ In nomine domini: incipit regula et vita minorum fratrum.

¶ Capitulum.j.

Regula et vita minorū fratrum hec eſt: ſcʒ dñi noſtri Jeſu chriſti ſanctū euāgeliū obſeruare: viuēdo in obediētia: ſine ꝓprio: ⁊ in caſtitate. ¶ Frater frāciſcus ꝓmittit obediētiā ⁊ reuerētiā dño pape Honorio: ac ſucceſſoribꝰ eiꝰ cano- Eminētia ꝓfeſſionis frm minorum.



UVA. BHSC. IyR_230_2

nice intrantibus: ⁊ eccleſie Romane. Et alij fratres: teneantur fratri Franciſco: et
eius ſucceſſoribus obedire.

¶ De his qui volūt vitā iſtā accipere: ⁊ qualiter recipi debeāt. Cap. 2.

In hoc capitulo īplicantur m̄ta obligatoria.

SI qui voluerint hāc vitā accipere: et venerint ad fr̄es nr̄os: mittāt eos ad
ſuos miniſtros ꝓuinciales: q̄bus ſolū modo ⁊ nō alijs: recipiēdi fr̄es licen
tia cōcedatur. Miniſtri vero diligenter examinēt eos de fide catholica: et de eccle
ſiaſticis ſacramētis. Et ſi hec oīa credant: et velint ea fideliter cōfiteri: ⁊ vſq; in fi
nem firmiter obſeruare: et vxores nō habēt: vel ſi habēt: et iā monaſteriū intraue
runt vxores: vel licentiā eis dederint auctoritate dioceſani ep̄i voto cōtinētie iam
emiſſo: et illius ſint etatis vxores: ꝙ non poſſit de eis oriri ſuſpitio: dicāt illis ver
bū ſcti euāgelij: ꝙ vadāt et vendāt oīa ſua: et ea ſtudeant pauperib⁹ erogare. Qð

Equipollēs precepto.

ſi facere nō potuerint: ſufficit eis bona volūtas. ¶ Et caueāt fr̄es et eoꝝ miniſtri:
ne ſollicitj ſint de reb⁹ ſuis tꝑalib⁹: vt libere faciāt de reb⁹ ſuis: quicq̄d dn̄s inſpi
rauerit eis. Si tn̄ cōſiliū reqratur: licentiā habeāt miniſtri mittendi eos ad aliq̄s
deū timētes: quorū cōſilio bona ſua pauperib⁹ erogētur. Poſtea cōcedāt eis pā
nos ꝓbatiōis: videlicet duas tunicas ſine caputio: et cingulū: et brachas: et capa
ronem vſq; ad cingulū: niſi eiſdem miniſtris: aliud ſecundū deum aliquando vi
deatur. Finito vero anno ꝓbationis: recipiantur ad obedientiā: ꝓmittentes vitā

Preceptum inhibitorium.

iſtam ſemper et regulā obſeruare. ¶ Et nullo modo licebit eis de iſta religiōe exi
re iuxta mādatum dn̄i pape: quia ſecundū ſanctū euangelium: nemo mittēs ma

Equipollēs precepto.

num ad aratrū: et aſpiciēs retro: aptus eſt regno dei. ¶ Et illi q̄ iā ꝓmiſerunt obe
dientiam: habeāt vnam tunicā cum caputio: et aliā ſine caputio: qui voluerint ha

Eq̄po. p̄ce.

bere. ¶ Et q̄ neceſſitate cogūtur: poſſint portare calciamenta. ¶ Et fratres omnes

Eq̄po. p̄ce.

veſtimentis vilibus induātur: et poſſint ea repetiare de ſaccis: et alijs petijs: cum

Admonitio.

benedictione dei. ¶ Quos moneo et exhortor: ne deſpiciāt neq; iudicēt homines
quos viderint mollibus veſtimētis et coloratis indutos: vti cibis et potibus de
licatis: ſed magis vnuſquiſq; iudicet et deſpiciat ſemetipm̄.

¶ De diuino officio: et ieiunio: et quomodo fratres debeant ire ꝑ mundū. Cap. 3.

Equipollēs precepto.

CLerici faciant diuinum officiū ſecundū ordinem ſancte Romane eccleſie:
excepto pſalterio: ex quo habere poterūt breuiaria. Laici vero dicāt vigin
ti quattuor pater noſter pro matutino: pro laudibus quinq;: pro prima, tertia,
ſexta, nona: pro qualibet iſtarum ſeptem: pro veſperis autem duodecim: pro cō

Equipollēs precepto.

pletorio ſeptem: et orent pro defunctis. ¶ Et ieiunēt a feſto oīm ſanctoꝝ: vſq; ad
natiuitatem dn̄i. Sanctam vero quadrageſimam que incipit ab epiphania vſ

Bn̄dictio.

q; ad cōtinuos quadraginta dies: quā dominus ſuo ſancto ieiunio conſecrauit:
qui voluntarie eā ieiunant: benedicti ſint a dn̄o: et qui nolunt nō ſint aſtricti: ſed

Equipollēs precepto.

aliā vſq; ad reſurrectionem dn̄i ieiunēt. ¶ Alijs autē tēporibus: nō teneantur niſi
ſexta feria ieiunare. Tēpore vero manifeſte neceſſitatis: nō teneantur fratres ieiu
nio corporali. ¶ Cōſulo vero moneo et exhortor fratres meos in dn̄o Jeſu chri

Admonitio.

ſto: vt qn̄ vadunt ꝑ mundū: non litigēt: nec contendāt verbis: nec alios iudicēt: ſ;
ſint mittes: pacifici et modeſti: māſueti ⁊ hūiles: honeſte loquētes oīb⁹ ſicut de

Equipollēs precepto.

cet. ¶ Et nō debeāt equitare: niſi manifeſta neceſſitate vel infirmitate cogātur. ¶ In
quacunq; domū intrauerint: primū dicāt. Pax huic domui. Et ſecundū ſanctum
euangelium: de omnibus cibis qui apponuntur eis: liceat manducare.

¶ Qð fratres non recipiant pecuniam. Cap. 4.

Preceptum.

PRecipio firmiter fratrib⁹ vniuerſis: vt nullo modo denarios vel pecuniā re

UVA. BHSC. IyR_230_2

cipiãt: per ſe vel per interpoſitam perſonam. ¶ Tamen pro neceſſitatibus infir- Eq̃pollens
morum et alijs fratribus induendis: per amicos ſpirituales miniſtri tantũ ⁊ cu- precepto.
ſtodes ſolicitã curam gerant: ſm loca: ⁊ tempora: ⁊ frigidas regiones: ſicut neceſ
ſitati viderint expedire. Eo ſemper ſaluo: vt ſicut dictũ eſt: denarios vel pecuniaȝ
non recipiant.

## ¶ De modo laborandi. Cap. 5.

Fratres illi quibus dedit dominus gratiã laborandi: laborent fideliter et de
uote: ita ꝙ excluſo ocio anime inimico: ſancte orationis ⁊ deuotionis ſpiri
tum nõ extinguant: cui debent cetera temporalia deſeruire. ¶ De mercede vero la
boris: ꝑ ſe ⁊ ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant: preter denarios vel pe-
cuniã. Et hoc hũiliter ſicut decet ſeruos dei: et pauptatis ſanctiſſime ſectatores.

## ¶ Q̃d fratres nihil ſibi approprient: ⁊ de elemoſina petẽda: et de infirmis fratribus. Capitulum. 6.

Fratres nihil ſibi approprient: nec domũ: nec locum: nec aliquã rem: ſed tan- Preceptũ
q̃ꝫ peregrini ⁊ aduene in hoc ſeculo: in paupertate: ⁊ humilitate domino fa- inhibitoriuꝫ.
mulantes: vadant pro elemoſina cõfidenter. Nec oportet eos verecundari: quia
dominus ꝓ nobis ſe fecit pauperem in hoc mũdo. Hec eſt illa celſitudo altiſſime
paupertatis: que vos chariſſimos fratres meos heredes ⁊ reges regni celorum
inſtituit: pauperes rebus fecit: virtutibus ſublimauit. Hec ſit portio veſtra: q̃ per-
ducit in terra viuentiũ. Cui dilectiſſimi fratres totaliter inherẽtes: nihil aliud pro
nomine dñi noſtri Jeſu chriſti in perpetuũ ſub celo habere velitis. ¶ Et vbicunq̃ꝫ Admonitio.
ſunt ⁊ ſe inuenerint fratres: oſtendant ſe domeſticos inuiceꝫ inter ſe: ⁊ ſecure ma-
nifeſtet vnus alteri neceſſitatẽ ſuam. Quia ſi mater nutrit ⁊ diligit filium ſuũ car
nalem: quãto diligẽtius debet quis diligere fratrẽ ſuum ſpiritualem? ¶ Et ſi quis Equipollẽs
eorũ in infirmitatẽ ceciderit: alij fratres debẽt ei ſeruire: ſicut vellẽt ſibi ſeruiri. precepto.

## ¶ De penitentia fratribus peccantibus imponenda. Cap. 7.

Si qui fratrum inſtigante inimico mortaliter peccauerint: pro illis peccatis Habẽs vim
de quibus ordinatum fuerit inter fratres: vt recurratur ad ſolos miniſtros precepti.
prouinciales: teneantur predicti fratres ad eos recurrere q̃ꝫ citius poterunt ſine
mora. ¶ Ipſi vero miniſtri ſi preſbyteri ſunt: cum miſericordia iniungant illis pe
nitentiam. Si vero preſbyteri non ſunt: iniũgi faciant per alios ſacerdotes ordi-
nis: ſicut eis ſecundum deum melius videbitur expedire. Et cauere debent ne ira
ſcantur ⁊ conturbentur propter peccatum alicuius: quia ira ⁊ conturbatio in ſe
et in alijs: impediunt charitatem.

## ¶ De electione generalis miniſtri huius fraternitatis: et de capitulo Pentecoſtes. Capitulum. 8.

Uniuerſi fr̃es iſtius religionis: teneãtur ſemper hr̃e gn̄alẽ miniſtrũ ⁊ ſeruũ Habẽs vim
toti⁹ fraternitatis: ⁊ ei teneãtur firmiter obedire. ¶ Quo decedente: electio precepti.
ſucceſſoris fiat a miniſtris ꝓuincialib⁹ ⁊ cuſtodibus in capl̃o pẽtecoſtes: in quo
ꝓuinciales miniſtri teneãtur inſimul cõuenire: vbicũq̃ꝫ a gn̄ali miniſtro fuerit cõ Habẽs vim
ſtitutum. Et hoc ſemel in trib⁹ annis: vel ad aliũ terminũ maiorẽ vel minorẽ: ſicut precepti.
a predicto miniſtro fuerit ordinatũ. ¶ Et ſi aliquo tp̄e appareret vniuerſitati mini
ſtrorũ ꝓuincialiũ ⁊ cuſtodũ: predictũ miniſtrũ nõ eſſe ſufficiẽtẽ ad ſeruitiũ ⁊ cõ- Habẽs vim precepti.
munẽ vtilitatẽ frm̃: teneãtur p̄dicti fr̃es quib⁹ electio data eſt: in noĩe dñi: aliũ ſibi
eligere ĩ cuſtodẽ. ¶ Poſt capl̃m vero pẽtecoſtes: miniſtri ⁊ cuſtodes poſſint ſin- Licentia.
guli ſi voluerint ⁊ eis expedire videbitur: eodẽ anno in ſuis cuſtodijs: ſemel fr̃es
ſuos ad capl̃m cõuocare.

## ¶ De predicatorib⁹. Cap. 9.



UVA. BHSC. IyR_230_2

# Regula fratrum minoꝛum.

Equipollēs preceptō. F Ratres non predicent in epatu alicuius epi: cū ab eo illis fuerit cōtradictū.
Equipo. p. C Et nullus fratrū populo penitus audeat predicare: niſi a gn̄ali miniſtro hu
ius fraternitatis fuerit examinatus ⁊ approbatus: ⁊ ab eo officiū predicationis
Admonitio. ſibi cōceſſū. C Moneo quoq; ⁊ exhoꝛtoꝛ eoſdē fr̄es: vt in predicatiōe quā faciūt:
ſint examinata ⁊ caſta eoꝝ eloquia: ad vtilitatem ⁊ edificationē populi: annūciā
do eis vitia et virtutes: penā et gloꝛiam cum breuitate ſermonis: q2 verbū abbre
uiatum fecit dominus ſuper terram.

C De admonitione ⁊ correctione fratrum. Cap. 10.

F Ratres qui ſunt miniſtri ⁊ ſerui alioꝝ fratrum: viſitent ⁊ moneant fratres
ſuos ſuos: ⁊ humiliter ⁊ charitatiue corrigant eos: nō precipientes eis ali
quid: quod ſit cōtra aīam ſuā ⁊ regulā noſtrā. Fratres vero qui ſunt ſubditi: re
coꝛdentur: ꝙ ꝓpter deū abnegauerūt ꝓprias ꝓprias voluntates. C Unde firmi
Preceptū. ter precipio eis: vt obediant ſuis miniſtris in omnibus q̄ promiſerūt dn̄o obſer
Eq̄pollens preceptō. uare: ⁊ nō ſunt cōtraria anime ⁊ regule noſtre. C Et vbicunq; ſunt fratres qui ſci
rent ⁊ cognoſcerent ſe nō poſſe regulā ſpiritualiter obſeruare: ad ſuos miniſtros
debeant ⁊ poſſint recurrere. Miniſtri vero charitatiue ⁊ benigne eis recipiant: ⁊
tantā familiaritatē habeāt circa ipos: vt dicere poſſint eis ⁊ facere ſicut dn̄i ſer
Admonitio. uis ſuis. Nā ita dz eſſe: ꝙ miniſtri ſint ſerui oīm fratrū. C Moneo vero ⁊ exhoꝛ
toꝛ in dn̄o Jeſu chꝛiſto: vt caueant fr̄es ab omni ſuperbia, vanagloꝛia. inuidia.
auaricia. cura ⁊ ſollicitudine huius ſeculi: detractione ⁊ murmuratione. Et non
curent neſcientes lr̄as: lr̄as diſcere: ſed attendāt ꝙ ſuper oīa deſiderare debēt hr̄e
ſpiritum dn̄i: ⁊ ſanctā eius operationē: oꝛare ſemꝑ ad deū puro coꝛde: ⁊ hr̄e hu
militatē ⁊ patientiā in perſecutione ⁊ in infirmitate: ⁊ diligere eos q nos perſe
quuntur reprehēdunt ⁊ arguūt: q2 dicit dn̄s. Diligite inimicos vr̄os: ⁊ oꝛate pro
perſequētibus ⁊ calūniantibus vos. Beati qui perſecutionē patiūtur ꝓpter iuſti
ciā: qm̄ ipoꝝ eſt regnū celoꝝ. Qui autē perſeuerauerit vſq; in finē: hic ſalu⁹ erit.

C Q̄d fr̄es nō ingrediātur monaſteria monacharum. Cap. 11.

Preceptū. P Recipio firmiter fratribus vniuerſis: ne habeant ſuſpecta conſoꝛtia vel con
ſilia mulierū. C Et ne ingrediātur monaſteria monacharū preter illos quib⁹
Preceptū. a ſede apl̄ica cōceſſa eſt licētia ſpecialis. C Nec fiant cōpatres viroꝝ vel mulierū:
Preceptū. ne hac occaſione inter fratres vel de fratribus ſcandalū oꝛiatur.

C De euntibus inter ſarracenos ⁊ alios infideles. Cap. 12.

Licentia. Q Uicunq; fr̄m diuina inſpiratione voluerit ire inter ſarracenos ⁊ alios infi
deles: petant inde licentiā a ſuis miniſtris ꝓuincialib⁹. Miniſtri vero nul
lis eundi licentiā tribuāt: niſi eis quos viderint eſſe idoneos ad mittendū. C Ad
Preceptū. hec per obedientiā iniungo miniſtris: vt petāt a dn̄o papa vnū de ſancte roma
ne eccl̄ie cardinalib⁹: qui ſit gubernatoꝛ. ꝓtectoꝛ: ⁊ correctoꝛ iſti⁹ fraternitatis: vt
ſemꝑ ſubditi ⁊ ſubiecti pedib⁹ eiuſdē ſancte eccl̄ie: ſtabiles in fide catholica: pau
pertatē ⁊ hūilitatē: ⁊ ſctm̄ euāgeliū dn̄i nr̄i Jeſu chꝛiſti qđ firmiter ꝓmiſim⁹: ob
ſeruemus. C Nulli ergo oīno hoīm liceat: hanc paginā nr̄e cōfirmationis infrin
gere: vel ei auſu temerario cōtraire. C Si quis aūt hoc attēptare preſumpſerit: in
dignationē oīpotētis dei ⁊ beatoꝝ Petri ⁊ Pauli aplo̅ꝝ eius ſe nouerit incur
ſurum. Datū Laterani. 3. Kalēdas Decēbꝛis: pōtificatus noſtri anno octauo.

C Explicit regula fratrum minoꝛum.

## C In nomine domini incipit teſtamētum bea-

UVA. BHSC. IyR_230_2

tiſſimi patris noſtri ſerahpici franciſci.

Dominus dedit mihi fratri frãciſco icipere facere penitẽtiam: quia cum eſſem in peccatis nimis videbatur mihi amarũ videre leproſos: ſed ipe domin⁹ adduxit me inter illos: ⁊ feci miam cũ illis. Et recedente me ab ipis: id quod videbatur mihi amarũ: conuerſuʒ fuit in dulcedinẽ anime ⁊ corporis. Et poſtea parũ ſteti: ⁊ exiui de ſeculo. ¶ Et dominus dedit mihi talem fidem in eccleſijs ſuis: vt ita ſimpliciter adorarem ⁊ dicerem. Adoramus te ſanctiſſime domine Jeſu chriſte hic ⁊ ad omnes eccleſias tuas que ſunt in toto mundo: ⁊ benedicimus tibi: quia per ſanctã crucem tuã redemiſti mundum. ¶ Poſtea dñs dedit mihi ⁊ dat tantã fidẽ in ſacerdotibus qui viuunt ſm formam ſancte romane eccleſie propter ordinem ipoꝝ: ꝙ ſi facerent mihi perſecutionem volo recurrere ad ipos. Et ſi haberem tantã ſapientiã quantã Salomon habuit: ⁊ inuenirẽ pauperculos ſacerdotes huius ſeculi: in eccleſijs in quib⁹ morãtur: nolo predicare contra voluntatem ipoꝝ. Et ipos ⁊ omnes alios volo timere: amare: ⁊ honorare ſicut meos dominos. Et nolo in ipſis conſiderare peccatũ: quia filium dei cerno in ipis: ⁊ dñi mei ſunt. Et propter hoc facio: quia nihil video corporaliter in hoc ſeculo de ipſo altiſſimo filio dei: niſi ſanctiſſimum corpus ⁊ ſanguinem ſuum: quod ipi recipiunt: ⁊ ipi ſoli alijs miniſtrant. Et hec ſanctiſſima miſteria volo ſuper omnia honorare ⁊ venerari: ⁊ in locis precioſis collocari. ¶ Sanctiſſima nomina ⁊ verba eius ſcripta vbicunqꝫ inuenero in locis illicitis: volo colligere: ⁊ rogo ꝙ colligantur: ⁊ in loco honeſto collocentur. ¶ Et omnes theologos ⁊ qui miniſtrant nobis verba diuina: debemus honorare et venerari: ſicut eos qui miniſtrant nobis ſpiritũ ⁊ vitam. ¶ Et poſtqꝫ domin⁹ dedit mihi curam de fratribus: nemo oſtendebat mihi quid deberem facere: ſed ipe altiſſimus reuelauit mihi: ꝙ deberẽ viuere ſm formã ſancti euangelij. Et ego paucis verbis ⁊ ſimplicibus feci ſcribi: ⁊ dominus papa cõfirmauit mihi. ¶ Et illi qui veniebant ad recipiendum vitam iſtã: omnia que habere poterant dabãt pauperibus: ⁊ erant contenti tunica vna: intus ⁊ foris repeciata qui volebant: cũ cingulo ⁊ brachis: ⁊ nolebamus plus habere. ¶ Officiuʒ dicebamus clerici ſm alios clericos: laici dicebant pater noſter. Et ſatis libenter manebamus in eccl'ijs pauperculis: ⁊ derelictis: ⁊ eramus idiote ⁊ ſubditi omnibus. ¶ Et ego manib⁹ meis laborabam: ⁊ volo laborare: ⁊ omnes alij fratres firmiter volo ꝙ laborent: de laboritio quod pertinet ad honeſtatem. Et qui neſciunt diſcant: non ꝓpter cupiditatem recipiendi preciũ laboris: ſed propter bonũ exemplũ: ⁊ ad repellenduʒ ocioſitatem. Et quando nõ daretur nobis preciũ laboris: recurramus ad meſaʒ domini petendo eleemoſinã oſtiatim. ¶ Salutationem dñs mihi reuelauit: vt diceremus. Dominus det tibi pacẽ. ¶ Caueant ſibi fratres: vt eccleſias ⁊ habitacula: ⁊ omnia alia que pro ipis conſtruuntur: penitus non recipiant: niſi eſſent ſicut decet ſanctã paupertatem quã in regula promiſimus: ſemper ibi hoſpitantes ſicut aduene ⁊ peregrini. ¶ Precipio firmiter per obedientiam fratribus vniuerſis: ꝙ vbicunqꝫ ſunt non audeant petere aliquã litteram in curia romana: per ſe nec per interpoſitã perſonã: nec pro eccleſia: nec pro alio loco: neqꝫ ſub ſpecie predicationis: nec pro perſecutione ſuoꝝ corporum: ſed vbicunqꝫ non fuerint recepti: fugiant ad aliã terram ad faciendũ penitentiaʒ: cum benedictione dei. ¶ Et firmiter volo obedire generali miniſtro hui⁹ fraternitatis: ⁊ illi guardiano quẽ ſibi



UVA. BHSC. IyR_230_2

placuerit mihi dare: ⁊ ita volo eſſe capt⁹ in manibus ſuis: vt nõ poſſim ire vel facere contra voluntatẽ ſuã: q2 dñs meus eſt. ¶ Et q̄uis ſim ſimplex ⁊ infirmus: tñ ſemper volo habere clericũ: qui mihi faciat officium: ſicut in regula cõtinetur. Et oẽs alij fratres teneãtur firmiter obedire guardianis ſuis: ⁊ facere officiũ ſm regulam. Et ſi aliqui inuenti eſſent: qui non facerẽt officium ſm regulã: ⁊ vellẽt alio modo variare: aut nõ eſſent catholici: oẽs fratres vbicunq; ſunt per obedientiã teneantur: q vbicũq; inuenerint aliquẽ ipoꝝ: proximiori cuſtodi illius loci vbi ipm inuenerint debeãt preſentare. Et cuſtos teneatur per obediẽtiã ipm firmiter cuſtodire ſicut hominẽ in vinculis die noctuq;: ita q nõ poſſit eripi de manib⁹ ei⁹: donec ꝓpria ſua perſona ipm repreſentet in manibus ſui miniſtri. Et miniſter teneatur firmiter per obediẽtiã: mittere ipm per tales ffes q die noctuq; cuſtodiãt ipz ſicut hominẽ in vinculis: donec repreſentẽt ipm coraz dño Oſtienſi: qui eſt dñs protector ⁊ corrector iſtius fraternitatis. ¶ Et nõ dicãt ffes: hec eſt alia regula: q2 hec eſt recordatio: admonitio: ⁊ exhortatio: ⁊ meũ teſtamentũ: quod ego frater frãciſcus paruulus facio vobis ffibus meis benedictis: ꝓpter hoc vt regulã quã dño ꝓmiſimus meli⁹ catholice obſeruemus. Et gñalis miniſter: ⁊ oẽs alij miniſtri ⁊ cuſtodes: ꝑ obedientiã teneãtur: in iſtis verbis non addere vel minuere. Et ſemper hoc ſcriptũ habeãt ſecũ iuxta regulã: ⁊ in oĩbus capl'is q̄ faciũt: qñ legũt regulã: legant ⁊ iſta verba. ¶ Et oib⁹ ffib⁹ meis clericis ⁊ laicis precipio firmiter per obedientiã: vt nõ mittãt gloſas in regula: nec in iſtis verbis: dicẽdo ita volũt intelligi: ſz ſicut dedit mihi dñs ſimpliciter ⁊ pure dicere ⁊ ſcribere regulaz ⁊ iſta verba: ita ſimpliciter ⁊ pure ſine gloſa intelligatis: ⁊ cũ ſancta operatiõe vſq; in finẽ obſeruetis. ¶ Et quicũq; hec obſeruauerit: in celo repleatur bñdictione altiſſimi pr̃is celeſtis: et in terra repleatur bñdictione filij ſui cũ ſanctiſſimo ſpũ paracleto: ⁊ oĩbus virtutib⁹ celoꝝ: ⁊ oĩbus ſanctis. Et ego frater frãciſcus paruulus et veſter ſeruus in dño: quãtũcũq; poſſũ cõfirmo vobis int⁹ ⁊ foris iſtã ſanctiſſimam bñdictionẽ. Amẽ. ¶ Explicit teſtamentũ beatiſſimi pr̃is noſtri frãciſci.

## ¶ Forma recipiendi fratres ad profeſſionem.

Decẽ facienda i receptione ad ꝓfeſſionem.

PRimo fiat capitularis oim ffm congregatio. ¶ Secundo per nouitiũ ꝓfeſſionis hũilis poſtulatio: ⁊ reſpõſio. ¶ Tertio eius ſufficiẽtie ⁊ conuerſationis examinatio. ¶ Quarto circa ꝓmittẽda in regula ſpecifica informatio. ¶ Quinto habit⁹ ⁊ cinguli bñdictio: et eoꝝ impoſitio. ¶ Sexto ſui ſtat⁹ ꝓ clerico vel laico deputatio. ¶ Septimo gñalis oĩz renunciatio: ⁊ votoꝝ cõmutatio. ¶ Octauo (ſi voluerit) noĩs mutatio: ⁊ electi cõfirmatio. ¶ Nono ꝓfeſſionis emiſſio: ⁊ eterne glorie ꝓmiſſio. ¶ Decimo circa premiſſa obſeruãda benigna exhortatio: ⁊ indulgentie adepte grata notificatio: ⁊ noui profeſſi charitatiua recommendatio: ac etiam hymni ⁊ orationum decantatio.

1 ¶ Circa ꝑmũ: pulſet cãpana capl'i: vt mors eſt: ⁊ oẽs ffes q pñt cõueniãt i capl'o: et etiã hoſpites interiores: q2 iſte act⁹ ꝓfeſſionis eſt de ſolẽnib⁹ ⁊ pncipalib⁹ ordis. Et oĩbus cõgregatis: ⁊ cauſa per prelatũ denũtiata: ſi aliq nouitij ſunt ibi exeant.

2 ¶ Circa ſecundũ: vocatus nouitius facturus ꝓfeſſionẽ: flectat genua corã prelato: obſecrans humiliter eum ⁊ fratres vt velint ipm recipere.

3 ¶ Circa tertiũ: prelat⁹ q̄rat ab oĩbus de ei⁹ cõuerſatione: onerãdo cõſciẽtias eoꝝ.

4 ¶ Circa quartũ: vocato nouitio plat⁹ intimet ſibi deffect⁹: ⁊ ſpecificet ꝓmittẽda.

5 ¶ Circa quintũ: habitu ante prelatum in crucis modũ ⁊ cingulo poſitis: ſurgens

UVA. BHSC. IyR_230_2

omnes fratres: ꝛ depoſitis mãtellis: incipiat prelat⁹. ℣. Adiutoriũ noſtrum. ꝛc.
℟. Qui fecit. ℣. Dñe exaudi. ℣. Dñs vobiſcum. Oratio.
Domine Ieſu xp̃e q exiſtẽs in forma dei: formã ſerui accipere: ac i ſimilitudi nẽ hoim fieri: ꝛ habitu inueniri vt hõ ꝑ nr̃a ſalute dignat⁹ es: te ſupplíciter exoram⁹: vt iſtũ nr̃e religiõis habitũ in crucis modũ ꝑ tue paſſiõis memoriali depoſitũ: bene✠dicere digneris: vt famul⁹ tu⁹ frater. N. q ꝑ pniali ſui corporis tegumento ipm induerit: te per imitationẽ induat ſaluberrimã ad omnis perfectionis exemplum. Qui viuis ꝛc. Oratio ſuper chordam.
Deꝰ q vt ſeruũ abſolueres: filiũ funib⁹ ligari voluiſti: bñ✠dic qs funẽ iſtũ: vt famulus tu⁹ fr̃. N. q eo velut ligamine ſui corpis cinget: vinculoꝝ eiuſdez filij tui dñi noſtri Ieſu xp̃i memor exiſtat: ꝛ i ordine quẽ aſſumit ſalubriter pſeueret: ꝛ tuis cũ effectu ſemper obſequijs ſe obligatũ eſſe cognoſcat. Per eundẽ ꝛc.
Hic habitus ꝛ chorda aſpergãtur aqua bñdicta: ꝛ induatur nouiti⁹ habitu benedicto a prelato: ꝛ dicat ſequentia ſuper eum. ℣. Dñs vobiſcum. Oratio.
Maieſtatem tuã dñe ſupplíciter exoramus: vt famulũ tuũ. N. cui de tua gratia preſumẽtes noſtre religionis veſtẽ imponimus: digneris inter diſcipulos tuos virtute ex alto induere: iuſticie lorica munire: ꝛ ſalutis ꝓtegere veſtimẽto: vt intercedẽte btiſſimo pr̃e nr̃o ſeraphico cõfeſſore tuo frãciſco: ſub hũilitatis veſte tibi pſeuerãter deſeruiẽs: ad ſtolã immortalitatis ꝛ gl̃ie mereatur ꝑuenire. Qui viuis. Hic cingatur a prelato chorda. Deinde dicatur Orõ.
Deus qui beato Petro apoſtolo tuo ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deũ: predixiſti per aliũ in ſenectute ipm fore cingendũ: famulũ tuum fratrem. N. quẽ cingulo noſtre fraternitatis precingimus: tua queſumus charitate precinge: tui nois metu cõſtringe: ꝛ chorda ſalutari cor ei⁹ regulari alliga diſciplina: vt tua ei opitulãte gr̃a: ſolutus ꝛ liberat⁹ a mũdo: tuoqꝫ vinctus ſeruitio: in ordinis quẽ aſſumit obſeruãtia vſqꝫ in finẽ iugiter perſeueret. Qui viuis.
Orõ dicenda ſup frẽm indutũ ꝛ precinctũ. ℣. Dñs vobiſcum.
Deus q mira crucis miſteria in tuo deuotiſſimo cõfeſſore beato frãciſco multiformiter demõſtraſti: da famulo tuo fratri. N. ipius ſemper exẽpla ſectari: ꝛ aſſidua eiuſdem crucis meditatione muniri. Per chriſtum.
Circa ſextum: prelatus deputet eum pro clerico vel laico. 6
Circa ſeptimum: renũtiet oibus tam habitis q̃ habendis: ꝛ omni iuri et priuilegio. Et ſi qua vota emiſit: cõmutet ea prelatus. 7
Circa octauũ: poteſt nouicius mutare nomẽ: vt ſibi placuerit. 8
Circa nonũ: ſcꝫ pfeſſionis emiſſionẽ: flexis genibus nouicius amoto caputio: iunctiſqꝫ manibus inter manus prelati: dicat ſic. 9
Ego fr̃. N. voueo ꝛ ꝓmitto deo: ꝛ btẽ marie ſemp virgini: ꝛ btõ frãciſco: ꝛ oibus ſanctis: et tibi pater: toto tẽpore vite mee ſeruare regulã ffm minorum cõfirmatã per dñm papã Honoriũ: viuẽdo in obediẽtia: ſine ꝓprio: et in caſtitate. Reſpõdeat prelatus. Si tu hec ſeruaueris: ego promitto tibi vitã eternam. In nomine patris et filij ꝛc. Et ſi non intellexerit ꝓfitẽs: dicatur i vulgari.
Circa decimũ: plat⁹ moneat pfeſſũ ſuare q̃ ꝓmiſit: ꝛ notificet quãta indulgẽtiã adept⁹ ſit: et recõmẽdet eũ frib⁹ deuote. Quo fcõ ſurgẽs cãtor icipiat hymnũ Ueni creator. Quo finito: duo fr̃es dicãt. ℣. Cõfirma h̃ de⁹. Deide plat⁹ dicat. ℣. Poſt ptũ v̓go. et. ℣. Ora ꝓ nob̃ btẽ pr̃ frãciſce. et. ℣. Saluũ fac. et. ℣. Dñe exaudi. et. ℣. Dñs vobiſcũ. Orõ. De⁹ q corda. et Cõcede nos. et De⁹ q eccl̃iã tuã ꝛc. 10



UVA. BHSC. IyR_230_2

DEus qui nos a ſeculi vanitate conuerſos: ad brabium ſuperne vocationis accendis: pectoribus noſtris purificandis illabere: ⁊ gratiam nobis qua in te perſeueremus infunde: vt protectionis tue muniti preſidijs: quod te donante promiſimus impleamus: ⁊ noſtre profeſſionis executores effecti: ad ea q̄ perſeuerantibus in te ꝓmittere dignatus es pertingamus. Per dominum ⁊c.

## Incipit prologus prime regule ſancte Clare. Anno domini. 1246.

Prohemiū ſūmi pōtific.



INnocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei: dilectis in chriſto filiabus Clare abbatiſſe: alijſq; ſororibus monaſterij ſancti Damiani Aſſiſinatis: ſalutem ⁊ apoſtolicam benedictionē. Solet annuere ſedes apoſtolica pijs votis: ⁊ honeſtis petentiū precibus: fauorem beniuolum impartiri. Ex parte ſiquidem veſtra nobis extitit humiliter ſupplicatum: vt ⁊ vite formulā iuxta quam cōmuniter in ſpirituum vnitate: ac voto altiſſime paupertatis viuere deberetis: vobis a beato Franciſco traditam: ⁊ a vobis ſponte ſuſceptā: venerabilis frater noſter Oſtienſis ⁊ Velletrenſis epiſcopus duxerit approbandā: ſm q in ipſius epiſcopi litteris confectis exinde plenius cōtinetur: nos curaremus apoſtolico munimine roborare. Deuotionis igitur veſtre precibus inclinati: quod ab eodem epiſcopo ſuper hoc factum eſt: ⁊ ratum habentes et gratum: illud auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio cōmunimus. Tenorem litterarum ipſarum de verbo ad verbum preſentibus inſeri facientes: qui talis eſt.

RAynaldus miſeratione diuina Oſtienſ ⁊ Velletrenſ epiſcopus: chariſſime ſibi in Chriſto matri ⁊ filie domine Clare abbatiſſe ſancti Damiani Aſſiſinatis: eiuſq; ſororibus tam preſentibus q̄ futuris: ſalutē ⁊ benedictionē paternam. Quia vos dilecte in Chriſto filie mundi pompas ⁊ delitias contempſiſtis: ⁊ ipſius chriſti eiuſq; ſanctiſſime matris ſequentes veſtigia elegiſtis habitare incluſe corpore: ⁊ in paupertate ſumma deſeruire: vt mente libera poſſitis dn̄o famulari: nos veſtrum ſanctum propoſitum in domino cōmendātes: votis veſtris et ſanctis deſiderijs libenter volumus affectu paterno fauorem beniuolū impartiri. Ea propter veſtris pijs precibus inclinati: formā viuendi ac modum ſancte vnitatis: ac altiſſime paupertatis quam vobis beatus pater Franciſcus verbo ⁊ ſcripto tradidit obſeruandā: preſentibus annotatā: auctoritate dn̄i pape ⁊ mea vobis ⁊ omnibus in veſtro monaſterio ſuccedentibus in perpetuū cōfirmamꝰ et preſentis ſcripti patrocinio cōmunimus. Que talis eſt.

### Primum capitulum.

Eminētia ꝓfeſſionis monialium ſancte Clare.

INcipit regula ⁊ forma vite ordinis ſororum pauperū quā beatus Franciſcus inſtituit. Que quidē eſt ſanctū euangeliū domini noſtri Jeſu chriſti obſeruare: viuendo in obedientia: ſine proprio: ⁊ in caſtitate. Clara indigna ancilla Chriſti: ⁊ plantula beatiſſimi patris Franciſci: ꝓmittit obedientiā ⁊ reuerētiā domino pape Innocentio: ac ſucceſſoribus eius canonice intrantibus: ⁊ eccleſie Romane. Et ſicut in principio cōuerſionis ſue vna cū ſororibus ſuis ꝓmiſit obedientiam beato Frāciſco: ita eandē promittit inuiolabiliter obſeruare ſucceſſoribus ſuis. Et alie ſorores teneantur ſemper ſucceſſoribus beati Franciſci: ⁊ ſorori Clare: et alijs abbatiſſis canonice electis ei ſuccedentibus obedire.

UVA. BHSC. IyR_230_2

¶ Capitulum.2.Qualiter recipi debeant.

SI qua diuina inſpiratione venerit ad vos volens vitã iſtam accipere:abba
tiſſa ſororum omniũ conſenſum requirere teneatur. Et ſi maior pars con-
ſenſerit:habita licẽtia dñi cardinalis protectoris veſtri: poſſit eam recipere. Et ſi
*De cõditiõi bꝫ reqſitis ĩ nouicijs recipiendis.*
recipiendã viderit:diligenter examinet eam:vel examinari faciat de fide catholica
et eccleſiaſticis ſacramentis.Et ſi hec omnia credat: ⁊ velit ea fideliter confiteri:
et vſqꝫ in finẽ firmiter obſeruare:⁊ virũ non habeat:vel ſi habet:⁊ iam religionẽ
intrauit auctoritate dioceſani epi voto continentie iam emiſſo:etate etiam longe-
na vel infirmitate aliqua:ſeu fatuitate ab hmõi vite obſeruantia non impediente:
diligenter exponatur ei tenor vite veſtre. Et ſi idonea fuerit:dicatur ei verbũ ſancti
euangelij:ꝙ vadat ⁊ vendat omnia ſua:⁊ ea ſtudeat pauperibus erogare.Quod
ſi facere non potuerit:ſufficit ei bona voluntas.¶ Et caueant abbatiſſa:⁊ eiꝰ ſo-
rores:ne ſollicite ſint de rebꝰ ſuis tẽporalibus:vt libere faciat de rebus ſuis quic-
quid dñs inſpirauerit ei.Si tamẽ conſilium requiratur: mittat eã ad aliquos diſ
cretos ⁊ deũ timentes:quorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur. Po-
ſtea capillis tonſis in rotundũ:⁊ depoſito habitu ſeculari : cõcedant ei tres tuni-
cas ⁊ mantellũ.¶ Deinceps extra monaſterium ſine vtili.manifeſta:⁊ probabili
*De ꝓfeſſiõe facienda.*
cauſa eidẽ exire non liceat.¶ Finito vero anno ꝓbationis:recipiatur ad obedien
tiam: ꝓmittẽs vitã ⁊ formã paupertatis veſtre in perpetuũ obſeruare. Nulla in-
fra tẽpus probationis veletur. Mantellos etiã poſſint ſorores hr̃e pro alleuiatiõe
et honeſtate ſeruitij ⁊ laboris. Abbatiſſa vero de veſtimentis diſcrete eis ꝓuideat
ſꝫm qualitates perſonarũ:⁊ loca et tẽpora:et frigidas regiones:ſicut neceſſitati vi
*De iuuẽculꝭ in monaſterio receptis.*
derit expedire.¶ Juuencule in monaſterio recepte:infra tẽpus etatis legitime ton
deantur in rotundũ:⁊ depoſito habitu ſeculari:induantur pãno religioſo:ſicut vi
ſum fuerit abbatiſſe. Cũ vero ad etatẽ legitimã venerint:indute iuxta formã alia-
*De magiſtra nouiciarum*
rum:faciant ꝓfeſſionẽ ſuam.¶ Et tã ipis ꝙ̃ alijs nouicijs: abbatiſſa ſollicite ma-
giſtrã prouideat de diſcretioribus totius monaſterij:q̃ in ſancta conuerſatione ⁊
*De ſeruitri cibus.*
honeſtis moribus:iuxta formam ꝓfeſſionis veſtre: eas diligẽter informet. ¶ In
examinatione ⁊ receptione ſororꝫ ſeruientiũ extra monaſteriũ:ſeruetur forma pre
dicta.Que pñt portare calciamenta. Nulla vobiſcũ reſidentiã faciat in monaſte-
*De vilitate habitus.*
rio:niſi recepta fuerit ſꝫm formã veſtre ꝓfeſſionis.¶ Et amore ſanctiſſimi ⁊ dile-
ctiſſimi pueri:pauperculis pãniculis inuoluti in preſepio reclinati: ⁊ ſanctiſſime
matris eius:moneo:deprecor ⁊ exhortor ſorores meas:vt veſtimẽtis ſemper vili
bus induantur.

¶ Cap.3.de diuino officio:et ieiunio:et quotiẽs cõmunicent.

SOrores litterate faciant diuinũ offm̃ ſꝫm conſuetudinem fratrũ minorum:
ex quo potuerint habere breuiaria:legendo ſine cantu.Et q̃ occaſione ratio
nabili non poſſint aliquãdo legendo dicere horas ſuas:liceat eis ſicut alie ſoro-
res dicere: pater noſter.¶ Que vero litteras neſciũt:dicãt viginti q̃ttuor pater nr̃
ꝓ matutino:pro laudibꝰ quinqꝫ.pro prima vero.tertia.ſexta.nona:pro qualibet iſta
rũ ſeptẽ: pro veſperis aũt duodecim:pro cõpletorio ſeptẽ. Pro defunctis dicãt
etiã i veſpis ſeptẽ pr̃ nr̃: ⁊ requiẽ eternã.ꝓ matutino duodeci. Sorores litterate
teneantur dicere offm̃ mortuorꝫ.Quãdo vero ſoror monaſterij veſtri migrauerit:
*De ieiunio ſeruando.*
dicant quinquaginta pater nr̃.¶ Omni tempore ſorores ieiunent. In natiuitate
dñi quacunqꝫ die venerit:bis refici poſſint. Cũ adoleſcẽtibus.debilibus:et ſeruiẽ
tibus extra monaſterium:ſicut videbitur abbatiſſe:miſericorditer diſpenſetur.

UVA. BHSC. IyR_230_2

Tempore vero manifeſte neceſſitatis: non teneantur ſorores ieiunio corporali.

De cōfeſſiōe

¶ Duodecim vicibus ad minus de abbatiſſe licentia cōfiteantur in anno. Et cavere debent ne alia verba tunc inſerant: niſi que ad confeſſionē et ſalutez pertinēt animarum.

De cōione corpis chri.

¶ Septem vicibus cōicent: videlicet in natiuitate dñi. in quinta feria maioris ebdomade. in reſurrectione dñi. in pentecoſte. in aſſumptione beate virginis. in feſto ſancti Franciſci: et in feſto oīm ſanctorū. ¶ Pro cōmunicandis infirmis ſororibus: capellanis intus liceat celebrare.

## ¶ Capitulum. 4. De electione abbatiſſe.

In electione abbatiſſe: teneantur formā canonicam obſeruare. Procurent ipſe habere generalē miniſtrum vel prouincialem ordinis fratrū minorum: qui verbo dei eas informet ad omnimodā cōcordiam: et cōmunem vtilitatem in electione facienda. Et nulla eligatur niſi profeſſa. Et ſi nō profeſſa eligeretur: vel aliter daretur: ei non obediatur: niſi primo profiteatur formam paupertatis veſtre. Qua decedente: electio alterius fiat abbatiſſe. ¶ Et ſi aliquo tēpore appareret vniuerſitati ſororum: predictam nō eſſe ſufficientem ad ſeruitium et cōmunem vtilitatem ipſarum: teneantur predicte ſorores: iuxta formā predictam: quā citius poterunt aliam ſibi in abbatiſſam et matrē eligere.

Qualis debeat eſſe abbatiſſa.

¶ Electa vero cogitet quale onus in ſe ſuſceperit: et cui reddit ura eſt rationē de grege ſibi cōmiſſo. Studeat etiam magis alijs preeſſe virtutibus et ſanctis moribus: ꝙ ex officio: vt eius exemplo ꝓuocate ſorores potius ex amore obediāt ꝙ timore. Priuatis amoribus careat: ne dum in parte plus diligit: in totum ſcandalum generet. Conſoletur afflictas. Sit etiā vltimū refugium tribulatis. Ne ſi apud eam remedia defuerint ſanitatum: deſperationis morbus preualeat in infirmis. Cōmunitatez ſeruet in omnib⁹: precipue autē in eccleſia, dormitorio. refectorio. in firmaria: et veſtimentis. Quod ſimili modo ſeruare eius vicaria teneatur.

De caplo tenendo.

¶ Semel in ebdomada ad minus abbatiſſa: ſorores ſuas teneatur ad capitulū conuocare. Ubi tam ipa: ꝙ ſorores de omnibus et publicis offenſis et negligentijs debeant humiliter confiteri. Et que tractanda ſunt pro vtilitate et honeſtate monaſterij: ibidem conferat cum omnibus ſororibus. Sepe enim dominus quod melius eſt: minori reuelat.

De debitis: ac depoſitis vitandis.

¶ Nullum debitum graue fiat: niſi de cōmuni conſenſu ſororum: et manifeſta neceſſitate: et hoc per procuratorem. Caueat autem abbatiſſa cum ſororibus ſuis: ne depoſitum aliquod recipiatur in monaſterio. Sepe enim de ijs turbationes et ſcandala oriuntur.

De eligēdis officialibus.

¶ Ad conſeruandā autem vnitatem mutue dilectionis et pacis: de cōmuni conſenſu omnium ſororum: omnes officiales monaſterij eligantur. Et eodem modo: octo ad minus ſorores de diſcretioribus eligantur: quarū in ijs que forma vite veſtre requirit: abbatiſſa ſemper vti conſilio teneatur. Poſſint etiā ſorores et debeant: ſi eis vtile et expediens videatur: officiales et diſcretas aliquādo remouere: et alias loco ipſarum eligere.

## ¶ Cap. 5. de ſilentio: et modo loquendi ad locutoriū et ad cratem.

Ab hora cōpletorij vſqꝫ ad tertiā ſorores ſilentium teneant: exceptis ſeruiētibus extra monaſterium. Sileant etiā continue in eccleſia. dormitorio: et in refectorio tantū dum comedunt: preterꝙ in infirmaria: in qua pro recreatione et ſeruitio infirmarū loqui diſcrete ſemper ſororibus liceat. Poſſint etiā ſemper et vbiqꝫ breuiter ſub miſſa voce quod neceſſe fuerit infinuare.

De locutorio: et crate.

¶ Non liceat ſororibus loqui ad locutorium vel ad cratem ſine licentia abbatiſſe vel eius vicarie. Et licentiate ad locutorium: loqui non audeant niſi preſentibus et audientibus dua-

UVA. BHSC. IyR_230_2

bus ſororibus. Ad cratem vero non preſumant accedere: niſi preſentibus ad minus tribus per abbatiſſam vel eius vicariam aſſignatis: de illis diſcretis q̄ ſunt electe ab omnibus ſororibus pro conſilio abbatiſſe. Hanc formā loquendi teneātur ꝓ poſſe abbatiſſa et eius vicaria obſeruare. Et hoc de crate rariſſime. Ad portam vero nullatenus fiat. ¶ Ad cratē vero: pannus interius apponatur: qui non remoueatur niſi cum proponitur verbum dei: vel aliqua alicui loqueretur. Habeant etiam oſtium ligneum diuerſis vel duabus ſeris ferreis: valuis et vectibus optime coniunctum: vt nocte maxime duabus clauibus obſeretur: quarum vnā habeat abbatiſſa: aliam vero ſacriſta. Et maneat ſemper obſeratum: niſi cum auditur diuinum officium: et pro cauſis ſuperius memoratis. ¶ Nulla ante ſolis ortum: vel poſt ſolis occaſum loqui ad cratem alicui vllatenus debeat. Ad locutorium vero ſemper pannus: qui non remoueatur: interius maneat. ¶ In quadrageſima ſancti Martini: et quadrageſima maiori: nulla loquatur ad locutorium: niſi ſacerdoti cauſa confeſſionis: vel alterius manifeſte neceſſitatis: quod reſeruetur in prudentia abbatiſſe vel eius vicarie.

De qualitate cratis.

De tpe locutionis cū exteris.

¶ Capitulum. 6. Qualiter ſorores nō recipiant poſſeſſionem aliquā: vel proprietatem: per ſe vel per interpoſitā perſonam.

Poſtq̄ altiſſimus pater celeſtis per gratiam ſuam cor meum dignatus eſt illuſtrare: vt exemplo et doctrina beatiſſimi patris noſtri Franciſci penitētiam facerem: paulo poſt conuerſionem ipſius: vna cum ſororibus meis obedientiam ſibi voluntarie promiſi. Attendens beatus pater ꝙ nullam paupertatem. laborem. tribulationem et contemptum ſeculi timeremus: immo ꝙ pro magnis delicijs haberemus: pietate motus ſcripſit nobis formam viuendi in hunc modum. ¶ Quia domini inſpiratiōe feciſtis vos filias et ancillas altiſſimi ſummi regis patris celeſtis: et ſpiritui ſancto vos deſponſaſtis viuere ſecūdum perfectionem ſancti euangelij: volo et promitto per me et fratres meos ſemper habere de vobis tanq̄ de ipſis curam diligentem et ſollicitudinem ſpecialem. Quod dum vixit diligenter impleuit: et a fratribus voluit ſemper impleri. Et vt nunq̄ declinaremus a ſanctiſſima paupertate quam cepimus: nec etiam que poſt venerunt lateret: paulo ante obitum ſuum iterum ſcripſit nobis vltimam voluntatem ſuam dicens. ¶ Ego frater Franciſcus paruulus volo ſequi vitam et paupertatem altiſſimi domini noſtri Jeſu chriſti: et eius ſanctiſſime matris: et perſeuerare in ea vſq̄ in finem. Et rogo vos omnes dominas meas: et conſilium do vobis: vt in iſta ſanctiſſima vita et paupertate ſemper viuatis. Et cuſtodite vos multum: ne doctrina vel conſilio alicuius ab ipſa in perpetuum vllatenus recedatis. ¶ Et ſicut ſemper ſollicita fui vna cum ſororibus meis ſanctam paupertatem quam domino deo et beato Franciſco promiſimus cuſtodire: ſic teneantur abbatiſſe que in officio mihi ſuccedent: et omnes ſorores vſq̄ in finem inuiolabiliter obſeruare: videlicet in nō recipiendo ſeu habēdo poſſeſſionem vel proprietatem per ſe nec per interpoſitam perſonam: ſeu etiam aliquid quod rationabiliter proprietas dici poteſt: niſi quantum terre pro honeſtate et renouatione monaſterij neceſſitas requirit. Et illa terra nō laboretur: niſi ꝓ horto ad neceſſitatem ipſarum.

Litera beati Franciſci.

Litera beati Franciſci.

¶ Capitulum. 7. De modo laborandi.

Sorores qb⁹ dedit dn̄s grāz laborādi: poſt horā tertiā laborēt de laboricio qd̄ ꝑtinet ad honeſtatē ⁊ cōez vtilitatē: fideliť et deuote. Jta ꝙ excluſo ocio ale

ínimico:ſctē oꝛonis:ac ꝺuotioīs ſpm̄ nō extinguāt:cui ꝺebēt cetera tpalia ꝺeſerui
re. Et id qꝺ manib⁹ ſuis operātur:aſſignare i caplo abbatiſſe vel ei⁹ vicarie corā
omnibus teneantur. ¶ Idem fiat ꝺe eleemoſyna aliqua miſſa pro ſoroꝝ neceſſi-
tatibus ab aliquibus:vt in cōmuni pro eiſdem recōmendatio fiat. Et hec omnia
pro communi vtilitate ꝺiſtribuantur per abbatiſſam vel eius vicariam:ꝺe conſi-
lio ꝺiſcretarum.

¶ Capitulum. 8. Qualiter ſorores nihil ſibi appropꝛient:⁊ ꝺe infirmis ſororibus.

SOrores nihil appropꝛient ſibi:nec ꝺomū.nec locū.nec aliquā rem:ſed tāq̄
peregrine ⁊ aduene in hoc ſeculo:in paupertate ⁊ humilitate ꝺn̄o famulan
tes:mittant pro eleemoſyna confidenter. Nec opoꝛtet eas verecundari: quia ꝺo-
minus ſe fecit pro nobis pauperē in hoc mundo. Hec eſt illa celſitudo altiſſime
paupertatis:que vos chariſſimas ſorores meas:heredes ⁊ reginas regni celoꝝ
inſtituit: pauperes rebus fecit: virtutibus ſublimauit. Hec ſit poꝛtio veſtra : que
perducit in terrā viuentiū. Cui ꝺilectiſſime ſorores totaliter inherentes:nihil aliud
pro nomine ꝺomini noſtri Ieſu chꝛiſti:in perpetuū ſub celo habere velitis. ¶ Nō
De lr̄is non mittendis. liceat alicui ſorori litteras mittere:vel aliquid recipere:aut extra monaſterium ꝺa-
re ſine licentia abbatiſſe. ¶ Nec quicq̄ liceat habere:quod abbatiſſa non ꝺederit
aut permiſerit. Et ſi a parentibus ſuis:vel ab alijs aliquid mitteretur:abbatiſſa fa
faciat illi ꝺare. Ipa autem ſi indigeat vti poſſit. Sin autem: ſorori indigenti cha-
ritatiue cōmunicet. Si vero aliqua pecunia tranſmiſſa fuerit: abbatiſſa ꝺe cōſilio
De ſororib⁹ infirmis. ꝺiſcretarum in illis quoꝛum indiget illi faciat ꝓuideri. ¶ De infirmis ſororibus
tā in cōſilijs q̄ in cibarijs ⁊ alijs neceſſarijs:q̄ earū req̄rit infirmitas:teneat̄ firmi
ter abbatiſſa ſollicite per ſe vel alias inq̄rere:⁊ iuxta poſſibilitatē loci charitatiue ⁊
miſericoꝛditer ꝓuidere:q2 oēs tenētur ꝓuidere ⁊ ſeruire ſororib⁹ ſuis infirmis:ſi-
cut vellēt ſibi ſeruiri:ſi ab aliqua infirmitate tenerētur. Et ſecure manifeſtet vna alte
ri neceſſitatem ſuā. Et ſi vera mater ꝺiligit ⁊ nutrit filiam ſuam carnalē: quanto
ꝺiligentius ꝺebet ſibi ſoror ꝺiligere ⁊ nutrire ſororem ſuam ſpiritualem. Que in-
firme in ſaccis ⁊ paleis iaceant: ⁊ habeant ad caput capitalia cū pluma. Et que
De mō loq̄n di cū intrāti b⁹ clauſurā. indigent pedeolis laneis ⁊ culcitris:vti poſſint. ¶ Infirme vero pꝛedicte cū ab in
troeuntibus monaſterium viſitantur : poſſint ſingule aliqua bona verba ſibi lo-
quentibus breuiter reſpondere. ¶ Alie vero ſorores licentiate:monaſteriū intran-
tibus loqui non audeant:niſi pꝛeſentibus ⁊ audientibus ꝺuabus ꝺiſcretis ſoro-
ribus per abbatiſſam ⁊ eius vicariam aſſignatis. Hanc formā loquendi tenean
tur per ſe abbatiſſa ⁊ eius vicaria obſeruare.

¶ Cap̄. 9. De penitentia ſororibus imponenda.

SI qua ſororum contra formam profeſſionis noſtre moꝛtaliter:inimico inſti
gante peccauerit:per abbatiſſam vel alias ſorores bis vel ter admonita:ſi
non ſe emendauerit:quot ꝺiebus contumax fuerit:in terra panem ⁊ aquā coram
ſororibus omnibus in refectoꝛio comedat. Et grauioꝛi pene ſubiaceat ſi viſum
fuerit abbatiſſe. Interim ꝺum contumax fuerit:oꝛetur vt ꝺominus ad penitentiā
coꝛ illius illuminet. ¶ Abbatiſſa vero ⁊ eius ſorores cauere ꝺebent ne iraſcantur
vel conturbentur ꝓpter pcm̄ alicuius:q2 ira ⁊ conturbatio in ſe ⁊ in alijs impe-
De recōcilia tione ac ve nia petenda. ꝺiunt charitatē. ¶ Si contigerit (quod abſit) inter ſororē ⁊ ſororem verbo vel ſi
gno occaſionē turbationis vel ſcandali aliq̄n ſuboꝛiri: q̄ turbatiōis cauſam ꝺede
rit:ſtatim an̄q̄ offerat mun⁹ oꝛonis ſue corā ꝺeo:nō ſolū hūiliter ꝓſternet ſe ad pe
des alteri⁹ veniā petēs: verū etiā ſupplíciter roget: vt ꝓ ſe intercedat ad ꝺominū

UVA. BHSC. IyR_230_2

ꝙ ſibi indulgeat. Illa vero memor illius verbi dñi: niſi ex corde dimiſeritis: nec pater veſter celeſtis dimittet vobis: liberaliter ſorori ſue oēm iniuriā ſibi illatā dimittat.

De ſeruitricibus exeuntibus clauſurā.

¶ Sorores ſeruiētes: extra monaſteriū lōgā morā nō faciant: niſi cā maniſeſte neceſſitatis reqrat. Et boneſte debeant ambulare: ⁊ parū loqui: vt edificari valeant ſemꝑ intuētes. Et firmiter caueant: ne babeāt ſuſpecta cōſortia vel conſilia aliquoꝝ: nec fiant cōmatres viroꝝ vel mulierū: ne bac occaſione murmuratio vel turbatio oriatur. Nec p̄ſumant rumores de ſeculo referre ī monaſterio. Et firmiter teneantur de ijs que intus dicuntur vel aguntur: extra monaſteriū aliqd nō referre: qḋ poſſit aliquod ſcandalū generare. Et ſi aliqua ſimpliciter in ijs duobꝰ offenderit: ſit in ꝓuidētia abbatiſſe miſericorditer ſibi penitētiam iniungere. Si autem ex cōſuetudine vitioſa baberetur: iuxta qualitatem culpe abbatiſſa de conſilio diſcretarum illi penitentiam iniungat.

## ¶ Capitulū.10. De viſitatione ſororum ab abbatiſſa.

Abbatiſſa moneat ⁊ viſitet ſorores ſuas: ⁊ hūiliter ⁊ charitatiue corrigat eas: nō precipiēs eis aliquid qḋ ſit cōtra aīam ſuā ⁊ veſtre ꝓfeſſionis formam. Sorores vero ſubdite recordētur: ꝙ ꝓpter deum abnegauerunt ꝓprias volūtates.

Preceptuꝫ.

¶ Unde firmiter ſuis abbatiſſis obedire teneantur in omnibus ijs q̄ obſeruare promiſerunt: ⁊ non ſunt anime contraria ⁊ noſtre profeſſioni. Abbatiſſe vero tantam familiaritatē babeant circa ipſas: vt dicere poſſint eis ⁊ facere ſicut dñe ācillis ſuis. Nā ita dꝫ eſſe: ꝙ abbatiſſa ſit oīm ſoroꝝ ancilla.

Admonitio.

¶ Moneo vero ⁊ exbortor in dño Jeſu xp̄o: vt caueāt ſorores ab omni ſupbia. vanaglīa. inuidia. auaricia. cura ⁊ ſollicitudine huius ſeculi: detractione ⁊ murmuratione: diſſenſione ⁊ diuiſione. Sint vero ſollicite ſemper ad inuicē ſeruare mutue dilectionis vnitatē: que eſt vinculū ꝑfectionis. ¶ Et neſciētes lr̄as: nō curent lr̄as addiſcere: ſed attendāt ꝙ ſuper oīa deſiderare debent hr̄e ſpm̄ dñi ⁊ ſanctā eiꝰ operationem: orare ſemper ad deū puro corde: ⁊ hr̄e humilitatē ⁊ patientiā in tribulatione ⁊ in infirmitate: ⁊ diligere eos q nos reprebēdunt ⁊ arguūt: qꝛ dicit dñs. Beati qui perſecutionē patiuntur ꝓpter iuſticiā: qm̄ ipoꝝ eſt regnū celoꝝ. Qui autem perſeuerauerit vſqꝫ in finem: hic ſaluus erit.

## ¶ Capitulum.11. De oſtiaria.

Oſtiaria ſit matura moribus ⁊ diſcreta: ſitqꝫ conuenientis etatis: q̄ ibideꝫ in cella aperta ſine oſtio in die reſideat. Sit ei ⁊ aliq̄ ſocia idonea aſſignata: q̄ cū neceſſe fuerit vicē eius in oībus exequatur.

De clauſura monaſterij.

¶ Sit autem oſtiū duabus ſeris ⁊ diuerſis ferreis valuis ⁊ vectibus optime coniunctū: ⁊ in nocte maxime duabus clauibus obſeret̄. Quarū vnā babeat portaria: aliāqꝫ abbatiſſa. In die ſine cuſtodia minime dimittatur: ⁊ vna claue firmiter obſeretur. Caueant autem ſtudioſiſſime ⁊ ꝓcurent: ne vnqꝫ oſtium ſtet apertū: vbi minꝰ fieri poterit cōgruēter. Nec omnino aperiatur alicui intrare volenti: niſi conceſſum fuerit a ſummo pōtifice vel a dño cardinali.

De ingreſſu clauſure monaſterij.

¶ Nec ante ſolis ortū monaſteriū ingredi liceat: nec poſt ſolis occaſum ſorores intus aliquē remanere permittant: niſi exigente manifeſta. rationabili: ⁊ ineuitabili cauſa. ¶ Si pro bñdictiōe abbatiſſe: vel pro aliqua in monialem conſecranda: vel alio etiā modo cōceſſum fuerit epō alicui miſſam interius celebrare: qꝫ paucioribus ⁊ boneſtioribus poterit ſit contentus ſocijs ⁊ miniſtris. ¶ Cum autē intra monaſteriū ad opus faciendū neceſſe fuerit aliquos introire: ſtatuat tunc abbatiſſa ſollicite perſonam conuenientē ad portā: quatenꝰ illis et nō alijs ad opus deputatis aperiat. ¶ Caueāt ſtudioſe omnes ſorores: ne

UVA. BHSC. IyR_230_2

tume ab ingredientibus videantur.

C Capitulum.12.de viſitatione.

Qualis debeat eſſe viſitator.
Uiſitator veſter ſemper ſit de ordine fratrum minorum: ſm voluntatem ⁊
mandatū noſtri cardinalis. Et ſit talis de cuius boneſtate ⁊ morib⁹ plena
noticia babeatur. Cuius officium erit tam in capite ꝙ̄ in mēbris corrigere exceſ-
ſus cōmiſſos cōtra formā profeſſionis veſtre. Qui ſtans in publico loco vt vide
ri ab alijs poſſit: cū pluribus ⁊ ſingulis loqui liceat que ad officium viſitationis
De capellāo ⁊ socijs eius
pertinent: ſm ꝙ melius videbitur expedire. C Cappellanū etiā cū vno ſocio cleri
co bone fame: diſcretionis ꝓuide: ⁊ duos fratres laicos ſancte cōuerſatiōis ⁊ bo
neſtatis amatores: in ſubſidiū paupertatis veſtre: ſicut miſericorditer a predicto
ordine fratrū minoꝝ ſemper babuim⁹: ⁊ intuitu pietatis dei: ⁊ beati Frāciſci: ab
eodem ordine de gratia poſtulamus. Nec liceat capellano ſine ſocio monaſteriū
De ingreſſu clauſure.
ingredi. Et intrantes: in loco ſint publico: vt ſe poſſint alterutrū ⁊ ab alijs intueri.
C Pro confeſſione infirmarū que ad locutoriū ire non poſſunt: ac ꝓ cōmunican
dis eiſdē: ⁊ pro extrema vnctiōe: ⁊ pro anime recōmendatione liceat eiſdē intro
De exequijs
re. C Pro exequijs vero: ⁊ miſſarū ſolēnijs defunctarū: vel ad fodiendā vel ape-
riendā ſepulturā: ſeu etiā coaptandā: poſſint ſufficiētes idonee perſone: de abba-
De protectore ordinis.
tiſſe prouidentia introire. C Ad bec ſorores teneantur ſemper babere illū de ſan-
cte Romane eccleſie cardinalibus ꝓ veſtro gubernatore. ꝓtectore ⁊ correctore: q
fuerit a dn̄o papa ffib⁹ minoribus deputatus: vt ſemꝑ ſubdite ⁊ ſubiecte pedib⁹
eiuſdem ſancte eccleſie: ſtabiles in fide catholica: paupertatē ⁊ būilitatē dn̄i nr̄i
Jeſu chriſti: ⁊ ei⁹ ſanctiſſime mr̄is in perpetuū obſeruemus. C Datū Peruſij.
16. Kalēdas Octobris: pontificat⁹ vero dn̄i Innocētij.3.anno.10. C Nulli ergo
oīno boim liceat banc paginā nr̄e confirmationis infringere: vel ei auſu temera-
rio contraire. Si quis autē boc attentare preſumpſerit: indignationē omnipo-
tentis dei: ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurum. Da
tum Aſſiſij: quinto idus Auguſti: Pontificatus noſtri. Anno vndecimo.

C Explicitur prima regula beate Clare.

# C Incipit prologus regule ſecūde ſororum ordinis ſancte Clare.

Prohemiū pontificale.
Urbanus epiſcopus ſeruus ſeruorū dei: dilectis in Chriſto
filiabus vniuerſis abbatiſſis ⁊ ſororibus incluſis
ordinis ſancte Clare: ſalutē ⁊ ap̄licā benedictionē. Beata Clara
virtute clarens ⁊ nomine: gratie diuine inſpiratione preuenta: ⁊
almi Chriſti cōfeſſoris beati Franciſci exēplis laudabilibus infor
mata: ac ſalutaribus inſtituta doctrinis: vt ſe mundā dn̄o cōſerua-
ret: mundi buius contemptis opibus: operibuſq; vitatis: religioſe viuere ſapien
ter elegit: ⁊ babitu ſacre religionis aſſumpto: arctā viā mandatorū dn̄i: que gra
dientes in ip̄a ducit ad vitā dilatato corde cucurrit. Hanc petra chriſtus: lapidē
eſſe voluit in veſtri ordinis ſtructura primarium. In ip̄a euidenter oſtendit: ꝙ in
buius ſtructura ſibi complacuit. Eam ſiquidē ſanctitatis erexit in titulū: vt que
mundicia vite claruit: celebritate clareret: ac eūdem veſtrum ordinem qui ſanctus
⁊ laudabile ſumpſit in eius perſona principium: ip̄ius quaſi inſtituentis ſic ſa-
pienter approbate patrone merita: venerabilem venerandūq; probarent. In boc
aūt ordine vos ⁊ alias ip̄m profitentes: ſub nominationum varietate interdum

UVA. BHSC. IyR_230_2

ſorores: quandoqꝫ dominas: plerūqꝫ moniales: nonnunqꝫ pauperes incluſas or
dinis ſancti Damiani contigit hactenus nominari. Vobiſqꝫ ſub horum et alio
rum diuerſitate nominum: diuerſa priuilegia indulgentie: ac littere a ſede apoſto
lica ſunt conceſſa: ⁊ tam a felicis recordationis Gregorio papa predeceſſore no
ſtro: tunc Oſtienſi epiſcopo ⁊ veſtri ordinis curam gerente: ꝙ alijs varie date
ſunt regule ⁊ forme viuendi: quarū obſeruantijs ſe veſtrū alique ſolēniter obliga
uere. ¶Propter quod dilecte in domino filie: fuit nobis humiliter ſupplicatum: vt
eundem veſtrū ordinē curaremus certi nominis titulo inſignire: voſqꝫ ab hmōi
obſeruantiarum diuerſitatibus ⁊ votis ſuper eis emiſſis miſericorditer abſoluē
tes: certam vobis viuendi formā ad tollendum omnē de veſtris cōſcientijs ſcru
pulum largiremur. ¶Nos itaqꝫ decens arbitrantes ⁊ cōgruum: vt idē ordo ve
ſter: qui vt premittitur in beata Clara felicia ſue inſtitutionis ſumpſit auſpicia: cu
iuſqꝫ (vt firmiter credimus) apud deum meritis ⁊ interceſſione protegitur: et
apud homines laudibus attollitur et fauoribus ampliatur: eius inſigniatur et no
mine: ipm de fratrū noſtroꝝ cōſilio de cetero decreuimus ordinē ſancte Clare vni
formiter nominandū. Statuentes ꝙ immunitates. libertates. priuilegia. indulgē
tie: ac littere quecunqꝫ vobis ſeu eidē ordini a prefata ſede ſub quacunqꝫ nomina
tione cōceſſa: id robur obtineant firmitatis: et ita per omnia ipſis vti poſſitis: ac
ſi de principio ſub huius nois titulo: et ſub hac nominatione fuiſſent. Vt autem
bene et iocunde habitetis in vnū: nec ſub predictarū obſeruantiarū differentia ac
modo viuendi videamini differentes: ſed ambuletis in domo dñi cum conſenſu:
nos igitur inſpectis omnibꝰ regulis predictis et formis: ac ſpecialiter illā quā pre
fatus predeceſſor tunc Oſtiēſis epiſcopus vobis dediſſe cognoſcitur diligentius
attendentes: regulā ſiue formā viuendi preſentibus annotatā: vobis et ijs q̄ vo
bis ſucceſſerint: de eorūdem fratrū conſilio: preſentium tenore concedimus ⁊ etiā
confirmamus in ſingulis monaſterijs veſtri ordinis perpetuis tēporibus obſer
uandā: illas et vobis q̄ ipſam regulā ſiue formā per nos vobis cōceſſam et cōfir
matam ꝓfeſſe fuerint: ab omnibus alijs regulis. formis ⁊ votis p̄miſſis: de apo
ſtolice poteſtatis plenitudine abſoluentes. Que regula talis eſt.

## ¶In nomine domini: incipit regula ſororum ſancte Clare. Rubrica. j.

OMnes que ſeculi vanitate relicta: religionē veſtram aſſumere voluerint et te
nere: hanc eas legē vite ⁊ diſcipline oportet et cōuenit obſeruare: viuēdo in
obedientia: ſine proprio: et in caſtitate: et etiam ſub clauſura.

¶Quod ſorores in monaſterio incluſe cōtinue cōmorentur. Rubrica. 2.

OMni naqꝫ tempore vite ſue hanc vitaꝫ profitentes: clauſe manere firmiter
teneantur infra murorum ambitum ad intrinſecā clauſurā monaſterij de
putatum: niſi forſam (quod abſit) ſuperueniret ineuitabilis et periculoſa neceſſi
tas: ſicut exuſtionis ignis: vel incurſus hoſtilis: ſeu alicuius huiuſmodi: q̄ dilatio
nem nullo caperet modo ad egrediendi licētiam poſtulandū. In quibus caſibus
tranſferant ſe ſorores ad locum aliū competentem: in quo quātum cōmode fieri
poterit clauſe morentur: quouſqꝫ eis de monaſterio ſit ꝓuiſum. Et propter hmōi
neceſſitatis euidentiam: nulla eis conceditur licētia vel facultas extra p̄dictā clau
ſuram vlterius exeundi: niſi forte de mādato aut auctoritate cardinalis romane ec
cleſie cui a ſede apl̄ica gn̄alr̄ fuerit iſte ordo cōmiſſus: ad aliquem locum aliquē

Cāe ꝓpter quas moniales pñt egredi clauſurā.

Cauſe ꝑpter quas monia. les pñt alibi transferri.

mitterentur cauſa plantandi vel edificandi candē religionē: vel reformandi aliq̄s monaſteriū eiuſdē ordinis: ſeu cauſa regiminis: aut correctionis: aut alicuiꝰ valde euidētis et grauis diſpēdij euitandi: vel niſi de eiuſdē cardinal' mandato aut auctoritate monaſterio primo rōnabili cauſa relicto: totus conuentus ad monaſterium aliud ſe transferret. ¶ Poſſint autē in ſingulis monaſterijs recipi aliq̄ ſꝫ pauce ſub ſeruitialiū noīe vel ſororꝫ: ad huius obſeruātiā ꝓfeſſionis aſtringēde: preterq̄ꝫ ad articulū de clauſura: q̄ de mādato vel licētia abbatiſſe interdū poterunt egredi ad negocia monaſterij ꝓcuranda. ¶ Morientes vero: tā ſorores q̄ꝫ ſeruitiales hmōi: infra clauſtrū ꝓut cōuenit tumulentur.

De ſeruitricibꝰ recipiēdis

## ¶ De ſororibus recipiendis: et earum ꝓfeſſione. Rubrica. 3.

Omnibꝰ hāc religionē aſſumere cupiētibus: ꝛ q̄ fuerint admittēde: priuſq̄ꝫ habitum mutēt ꝛ religionē aſſumant: dura eis ꝛ aſpera ꝓponatur: per q̄ itur ad deum: ꝛ q̄ ſm hanc religionē neceſſe habuerint firmiter obſeruare: ne de ignorātia poſtea ſe excuſent. ¶ Nō recipiatur aliq̄ q̄ vel lōgiori etate: vel infirmitate aliqua: ſeu fatua ſimplicitate ad hmōi vite obſeruantiā inſufficiens ꝛ nō idonea cenſeatur: niſi forte cū aliqua interdū cauſa rōnabili exigente: de mādato vel auctoritate dn̄i cardinal' alicubi fuerit diſpenſandū. ¶ Per tales enī ſtatus ꝛ vigor religionis ſepius diſſoluitur ꝛ turbatur. Unde in perſonis recipiēdis: diligenti ſtudio ꝛ cautela debet hmōi occaſio deuitari. Abbatiſſa nullā propria auctoritate recipiat ſine cōſenſu oīm ſororꝫ ſuarum: vel ad minus duarū partium earūdē. Omnes vero ex more intra clauſtrū recepte: tonſis crinibus citius deponant habitum ſecularē. Quibus deputetur magiſtra q̄ eas informet regularibus diſciplinis. Ad tractatus quoq̄ꝫ capituli: infra annū nullatenus admittātur. ¶ Cōpleto vero vnius anni ſpacio: ſi etatis legitime fuerint: ꝓfeſſionē in manibus abbatiſſe coram conuētu faciant in hūc modum. Ego ſoror. N. ꝓmitto deo: ꝛ beatiſſime Marie ſemper virgini: ꝛ beato Franciſco: et Beate Clare: ꝛ oībus ſanctis: ꝛ tibi domine abbatiſſe: viuere ſub regula a dn̄o Urbano papa. 4. ordini noſtro cōceſſa: toto tempore vite mee: in obediētia, ſine proprio: ꝛ in caſtitate: ꝛ etiā ſm q̄ꝫ per eandē regulā ordinatur: ſub clauſura. ¶ Idē ſimiliter ꝓfitendi modus in ſeruitialibus vel ſororibus que de licentia abbatiſſe egredi poſſunt exteriꝰ: preter articulum de clauſura: per omnia obſeruetur.

De equalitate recipiēdarū ad ordinem.

De magiſtra nouiciarum.

De forma ꝓfeſſionis.

De ſeruitricibus.

## ¶ De habitu ſororum. Rubrica. 4.

Omnes ſorores cōmuniter capillos ſuos vſq̄ꝫ ad aures certis tēporibus tondeant in rotūdum. Et vna q̄q̄ꝫ ſororꝫ preter ciliciū ſi voluerint vel ſtaminetum: duas tunicas vel etiā plures: ſm q̄ꝫ viſum fuerit abbatiſſe: habere valeat: ac mantellū poſt collū hincinde cōnexum. Et hec indumenta ſint de pāno religioſo ꝛ vili tam p̄cio q̄ꝫ colore iuxta diuerſarū conſuetudinem regionū: nimia breuitate vel longitudine non notanda: vt ꝛ in operiendis pedibus debita ſeruetur honeſtas: ꝛ curioſe longitudinis ſuperfluitas penitus euitetur. Tunica quoq̄ꝫ ſuperior ſit tam in manicis q̄ꝫ in buſto: latitudinis ꝛ amplitudinis cōgruentis: vt habitus exterioris honeſtas: intrinſece atteſtetur. ¶ Habeāt ꝛ ſcapularia ſine caputio de vili ꝛ religioſo panno vel ſtaminea amplitudinis ꝛ lōgitudinis condecentis: ſicut vniuſcuiuſq̄ꝫ qualitas exigit vel menſura: quibus induantur quādo laborant vel tale aliquid agunt: cū mantellos congrue geſtare non poſſunt. ¶ Poſſunt etiā ſine ipis eſſe aliqñ: ſi viſum fuerit abbatiſſe: cum forte per calorē nimiū vel aliquid aliud eis grauia multū fuerint ad portandū. Corā extraneis tamē:

De tonſione capillorꝫ.

De ſcapulario.

UVA. BHSC. IyR_230_2

hmōi vtātur ſcapularibus cū mantellis. Tunice quoqȝ ſuperiores. ſcapularia: ⁊ mantelli coloris omnino albi vel nigri: aliquatenꝰ non ferantur. ¶ Pro cingulo autē chordā: poſtq̄ȝ profeſſe fuerint habeāt minime curioſam. ¶ Vittis aut velis de panno cōi omnino albis non tñ precioſis aut curioſis: capita ſua cooperiāt vniformiter ⁊ honeſte: ita ꝙ frons. gene: ⁊ collū: ⁊ gula ſint (vt earū honeſtati ⁊ religioni cōuenit) cooperta: nec aliter corā extraneis perſonis audeant apparere.

De regumē to capitum.

¶ Habeāt ⁊ velū nigrū: nec precioſum: nec curioſum extenſum ſuper capita: ita amplū ⁊ longū: ꝙ ex vtraqȝ parte deſcendat vſqȝ ad ſcapulas: ⁊ retro parū vltra tunice capitum ꝑtendatur. ¶ Sorores vero nouicie: albū velū eiuſdē menſure ⁊ qualitatis debeāt deportare. ¶ Seruiciales aūt ſorores: pānū albū nō precioſuȝ aut curioſum: ad modū veli ſuper capita ſua deferant tante longitudinis ⁊ amplitudinis: ꝙ ſcapulas ⁊ pectus: precipue cū exeunt: valeant operire.

De velo profeſſarum.
De velo nouiciarum.
De ſeruitricibus.

¶ Qualiter ſorores iacere debeant. Rubrica. 5.

OMnes ſorores ſane: tā abbatiſſa q̄ȝ alie: veſtite ⁊ cincte iaceant in cōi dormitorio: ⁊ quelibet per ſe lectū habeat ab inuicē ſeparatū. Lectus tñ abbatiſſe in tali loco dormitorij diſponatur: ꝙ inde ceteros dormitorij lectos ſine obſtaculo (ſi cōmode fieri poterit) valeat intueri. ¶ A feſto reſurrectionis dñice vſqȝ ad feſtū natiuitatis beate virginis: ſorores dormiant poſt prandiū vſqȝ ad nonā: q̄ voluerint. Que vero noluerint: oꝛōne ſeu meditatione diuina: ſeu alijs pijs quietis laboribus occupentur. ¶ Liceat autē vnicuiqȝ hr̄e ſacconē de feno vel de palea et ceruical de palea aut lana: ſi culcitras religioſas cum lanea hr̄e nequierint congruenter. ¶ Lāpas inſuper de nocte accenſa ſemꝑ in medio dormitorio habeat.

De dormitione meridiana.
De lectis.
De lāpade.

¶ Qualiter ſorores diuinū celebrent officium. Rubrica. 6.

DE diuino officio tam in die q̄ȝ in nocte dño perſoluendo: taliter obſeruetur: ꝙ he q̄ legere ⁊ canere nouerint: ſm̄ cōſuetudinē ordinis frm̄ minoꝝ (cum grauitate tñ ⁊ modeſtia) diuinū officiū debeāt celebrare. ¶ Illiterate vero dicāt viginti quattuor pater noſter ꝓ matutino: pro laudibus quinqȝ. pro prima. tertia. ſexta: ⁊ nona pro qualibet iſtarū horarū ſeptē: pro veſperis autē duodecim: ꝓ completorio ſeptem. Qui modus in officio beate virginis: per oīa obſeruetur. ¶ Pro defunctis dicant in veſperis ſeptem pater nr̄ cū requiē eternam: pro matutino duodecim: tēpore quo ſorores lr̄ate faciunt officiū mortuoꝝ. ¶ Que vero occaſione rationabili nō poſſent aliqñ legendo dicere horas ſuas: liceat eis ſicut illiteratis dicere pater noſter.

¶ A quibus ſorores eccleſiaſtica ſacramenta recipiant. Rubrica. 7.

VBi ꝓprius fuerit capellanus ꝓ miſſarū ſolēnijs ⁊ diuinis officijs celebrandis: habitu ⁊ vita religioſus ſit: ac bone fame: nec iuuenilis ſed mature ⁊ idonee ſit etatis. Ubi auteȝ non fuerit ꝓprius capellanus: a quolibet bone fame et honeſte vite preſbytero: ſorores miſſam audire poſſunt. ¶ Penitētiam vero ⁊ alia ſacramenta eccl̄iaſtica: ab eis recipiant qui de mādato ſeu auctoritate cardinalis cui gn̄aliter fuerit iſte ordo cōmiſſus: ⁊ ea exibendi poteſtatē habuerint: niſi forte in neceſſitatis articulo fuerit aliqua cōſtituta. ¶ Cū aliqua ſacerdoti de confeſſione loqui voluerit: per locutoriuȝ ſola ſoli cōfeſſionē faciat ſacerdoti: ⁊ ꝑ illud eidem de ijs q̄ ad confeſſionē pertinent tunc loquatur. ¶ Confeſſionē autē regule oēs faciant ad minus ſingulis mēſibus. Et ſic cōfeſſione premiſſa: in ſequētibus ſolennitatibus: vȝ in natiuitate dñi. purificatione beate marie. in initio quadrageſime. reſurrectione dñi. pentecoſte. in feſtis ſanctorum Petri ⁊ Pauli. ſancte

De capellā.
De ꝯfeſſiōe ⁊ cōione corporis chriſti



UVA. BHSC. IyR_230_2

Clare. ſancti Franciſci: ⁊ oim ſanctoꝝ recipiat dñici corporis ſacramentũ. ¶ Si tñ aliqua ſoror tãta fuerit corporis infirmitate detenta: q̄ ad locutoriũ cõmode venire non poſſit: ⁊ neceſſitatẽ habuerit confiteri: vel dñici corporis ſeu alia recipere ſacramenta: exhibiturus hmõi: alba ⁊ ſtola ⁊ manipulo: cũ duobus idoneis ⁊ religioſis ſocijs: vel vno ad minus alba: vel ſaltẽ ſuperpellicio veſtit⁹: ingrediant⁊ ⁊ morentur induti: ⁊ audita confeſſione: vel alio tradito ſacramento: ſicut ingreſſi fuerint ſic egrediantur induti: nec morã ibi faciant longiorẽ. Caueant etiam: vt q̄diu intra monaſteriũ fuerint: nullatenus ab inuicez ſeparentur: quin ſemp mutuo poſſint libere ſe videre. Sic quoq; ſe habeãt in anime cõmẽdatione. ¶ Porro ad exequias circa ſepulturam agendas: ſacerdos non ingrediatur clauſtrum: ſed exterius in capella quod ad officium pertinet exequatur. Tamen ſi abbatiſſe ⁊ conuentui viſum fuerit: q̄ ad exequias debeat introire: modo ſupradicto cũ ſocijs intret indutus: ⁊ ſepulta mortua: cum eis exeat ſine mora. Si autem neceſſe fuerit vt ingrediantur aliqui ad fodiendam vel ad aperiendam ſepulturam: ſeu poſtmodum coaptandam: et abbatiſſe et conuentui viſum fuerit hoc expediens propter imbecillitatem ſororum: ſit ſacerdoti vel alicui alij ad hoc idoneo ⁊ honeſto: cum vno ſocio vel duobus licitum introire.

*De forma ſeruanda in ingreſſu p ad miniſtratiõe ſacramẽtoꝝ* — *De ingreſſu pro exequijs agendis.*

¶ De ſororum exercitio. Rubrica. 8.

Si aliq̄ iuueniles vel grandiores capacis ingenij fuerint: eas inſtrui faciat (ſi ſibi videbitur) abbatiſſa magiſtrã eis deputans idoneam ⁊ diſcretaꝫ: per quã tam in cantu q̄ in diuinis officijs inſtruantur. ¶ Sorores vero ⁊ ſeruitiales: horis ⁊ locis ſtatutis: prout ordinatum fuerit: vtilibus ⁊ honeſtis laboribus occupentur: ſub illa prouidentia q̄ excluſo ocio anime inimico: ſancte orationis ⁊ deuotionis ſpiritũ non extinguant: cui debent cetera temporalia deſeruire. ¶ Verum quia multitudini ſub huius religionis obſeruantia congrue omnia debent eſſe cõmunia: nec cuiq; licet dicere aliquid eſſe ſuũ: caueatur ſollicite: ne occaſione laboꝝ hmõi ſeu mercedis recepte pro ipſis: cupiditatis vel proprietatis cuiuſpiã: ſeu notabilis ſpecialitatis ſubrepat morbus.

*De ppriete vitanda.*

¶ De ſororum ſilentio. Rubrica. 9.

Silentium continuum ſic continue ab omnibus teneatur: vt nec ſibi inuicẽ nec alicui alij ſine licentia eis loqui liceat: exceptis ijs quibus magiſterium aliquod vel opus iniunctuꝫ fuerit quod non poſſit cum ſilentio exerceri. Jis quidem ſimul loqui liceat de ijs que ad officium vel opus ſuũ pertinent: vbi ⁊ quando ⁊ qualiter viſum fuerit abbatiſſe. ¶ Sorores tamen debiles ⁊ infirme: ac ſeruientes eiſdem: pro recreatione ac ipſarum ſeruitio: in infirmitoria loqui poſſint. ¶ Jn duplicibus quoq; feſtis: ac apoſtolorum ſolennitatibus: ⁊ alijs quibuſdam diebus quibus viſum fuerit abbatiſſe: in certo loco ad hoc ſignato: ab hora nona vſq; ad veſperam: vel aliqua alia hora cõpetẽti: loqui poſſint de dño Jeſu chriſto: ac ſolennitate: ac pijs ſanctorũ exemplis: ⁊ de alijs licitis ⁊ honeſtis. ¶ Ab hora quoq; completorij vſq; ad tertiam: exceptis ſeruitialibus extra monaſterium: abbatiſſa abſq; cauſa rationabili loquendi licentiam non concedat. ¶ Jn alijs vero temporibus atq; locis: ſic attendat ſollicite abbatiſſa qua de cauſa: vbi ⁊ q̄n ⁊ qualiter ſorores licentiet ad loquendum: q̄ regularis obſeruantia (q̃ non mediocriter a ſilẽtio: quod eſſe cultus iuſticie dignoſcitur) nullatenus relaxetur.

*De infirmis.* — *De feſtis ꝑci puis.*

¶ De modo loquendi. Rubrica. 10.

Omnes autem ſtudeant vti ſignis religioſis pariter ⁊ honeſtis. Sane q̄ſ

UVA. BHSC. IyR_230_2

aliqua perſona religioſa: ſeu ſecularis: vel cuiuſlibet dignitatis alicui de ſororib' loqui petierit: nūtietur primitus abbatiſſe. Et ſi ipa conceſſerit: accedens ad locutorium: duas alias ad minus habeat ſecū ſemper quibus iuſſerit abbatiſſa: que loquentem videant: ⁊ audire valeant que dicuntur. ¶ Ad crate; vero: loqui aliqua tenus non preſumant: niſi preſentibus duabus ad min' per abbatiſſam ad hoc specialiter deputatis. Caueant tamen ſibi ſorores que cum aliquo loqui habent: ne per verba inutilia inaniter ſe diffundant: nec etiam trahant in locutionib' moram longam. ¶ Hoc nāq; ab omnibus firmiter obſeruetur: vt quando de confeſſione ſacerdoti interius infirma fuerit aliqua locutura: ad minus non loquatur niſi cum duabus non longe ſedentibus: que con fitentē ⁊ confeſſore; videre poſſint: ab eiſdem pariter ⁊ videri. ¶ Hanc autē loquēdi legem: ⁊ ipa abbatiſſa diligenter cuſtodiat: vt omnino materia detractionis omnibus auferatur. Excepto ꝙ cum ſororibus ſuis horis ⁊ locis cōpetentibus: loqui poteſt ſicut ei ſecundu; deum viſum fuerit expedire.

De locutiōe ad cratem.

De cōfeſſiōe infirmarum

## ¶ De ieiunio ⁊ abſtinentia ſororum. Rubrica vndecima.

Sorores aūt omnes ⁊ ſeruitiales: infirmis exceptis: a feſto natiuitatis glorioſe virginis Marie: vſque ad feſtum reſurrectionis dñice: niſi dieb' dñicis: ⁊ die natiuitatis dñi: continuum ſeruent ieiuniū. A reſurrectione vero dñica vſq; ad feſtū natiuitatis beate virginis: teneantur ſexta feria ieiunare. ¶ Omi quoq; tempore (preter infirmas infirmitatis ſue tēpore) ab eſu carniu; abſtineant. ¶ Cū debilibus aūt diſpenſare valeat abbatiſſa: ꝑut earū debilitati viderit expedire. ¶ Ouis vero: ⁊ caſeo: ⁊ lacticinijs licite poſſint vti: preterꝙ ab aduentu vſq; ad natiuitatem dñi: ⁊ a dominica quinquageſime vſq; ad paſcha: necnō ⁊ ſexta feria: ⁊ ieiunijs ab eccleſia generaliter inſtitutis. ¶ Cū ſeruitialibus tamen ſororibus: circa predictū ieiunium (preterꝙ in aduentu ⁊ ſexta feria) poſſit abbatiſſa miſericorditer diſpenſare. ¶ Diſpenſare etiā poſſit circa predictum ieiunium cū adoleſcentibus ac debilibus: ⁊ ſenili etate confectis: ꝑut earum debilitati aut imbecillitati viderit expedire. ¶ Sane quoq; ſorores ieiunare non teneantur minutionis ſue tempore: qđ in triduo terminetur: extra maiorem quadrageſimam ⁊ ſexta; feriā. aduentū domini: et ieiunia ab eccleſia generaliter inſtituta. ¶ Caueat autem abbatiſſa: ne vltra ꝙ ter in anno minutionem permittat cōmuniter celebrari: niſi certa neceſſitas plus requirat: nec a ꝑſona extranea maxime minutionem recipiat: vbi cōmode poterit euitari.

De ſeruitialibus.

De iuuenculis: ac debilibus.

De tpe minutionis.

## ¶ De ſororibus infirmis. Rubrica. 12.

De infirmis vero: cura ⁊ diligentia maxima habeatur ⁊ ſm qđ poſſibile fuerit ⁊ decuerit: tam in cibarijs que earū requirit infirmitas: ꝙ in alijs neceſſarijs: in feruore charitatis benigne ac ſollicite eis per oia ſeruiatur. ¶ Que infirme propriū habeant lectū: ſi vnꝙ fieri poteſt: vbi a ſanis maneant ſeparate: ne illarū ordinem confundere valeant vel turbare.

## ¶ De oſtio interiori monaſterij: et eius cuſtodia. Rubrica. 13.

In quolibet monaſterio vnū tm̄ oſtiū habeat ad intrādū clauſtrū ⁊ exeūdū cum opportunū fuerit: iuxta legē de ingreſſu ⁊ egreſſu poſitā in hac forma. In quo oſtio: nullum ſit oſtiolū vel feneſtra. Et iſtud oſtium fiat in ſublimi: quanto magis fieri poterit congruenter: ita ꝙ ad ipm per ſcalam leuatoriam exterius aſcendatur. Que ſcala per catenam ferream ex parte ſororum ſtudioſe ligata: a completorio dicto vſq; ad primam ſequentis diei: continue ſit ſuſpenſa: et



UVA. BHSC. IyR_230_2

*De cuſtodia oſtij ſuperioris ſeu ſcale.*

tempore diurne dormitionis: ⁊ viſitationis: niſi aliud interdũ euidẽs requirat neceſſitas: vel vtilitas manifeſta. ¶ Ad predictũ autẽ oſtiũ cuſtodiendũ: aliqua talis ex ſororibus deputetur: q̃ deũ timeat: ſit matura moribus: ſit diligẽs ac diſcreta: ſitq̃ conuenientis etatis: q̃ vnam ipſius oſtij clauẽ ſic diligenter cuſtodiat: vt nũq̃ ea: vel eius ſocia ignorãte: oſtiũ aliqñ valeat aperiri. Reliquã vero clauẽ diuerſam ab illa: cuſtodiat abbatiſſa. Sit ⁊ alia eque idonea ei ſocia deputata: q̃ eiꝰ vicem in oĩbus exequatur: cũ ipſa aliqua rationabili cauſa vel occupatione neceſſaria occupata fuerit vel detẽta. ¶ Caueãt aũt ſtudioſiſſime ⁊ ꝓcurẽt: ne vnq̃ oſtiũ ſtet aptum: niſi quantũ minus fieri poterit cõgruenter. Sit autẽ oſtium ſeris ferreis: ⁊ vectibus optime cõmunitũ: ⁊ ſine cuſtodia apertũ vel clauſuz minime dimittatur: nec etiã ad momentũ: niſi vna claue in die: ⁊ in nocte duabus ſit firmiter obſeratum. ¶ Nec omni pulſanti aperiatur ſtatim: niſi indubitanter congruerit ꝙ talis ſit ꝙ ſine dubitatione aliqua: ſm mandatũ qð de ingreſſuris in hac regula continetur: debeat aperiri. ¶ Et nulli liceat ibi loqui: niſi ſoli oſtiarie de ijs q̃ ad ſuum officiũ pertinebunt. ¶ Qð ſi aliquando intra monaſterium opus aliqð fuerit faciendũ: ad qð agendum ſeculares aliquos vel quaſcunq̃ perſonas alias oporteat introire: prouideat abbatiſſa ſollicite: vt tunc dũ opus ſcȝ exercetur alia perſona conueniens ad cuſtodiendũ oſtium ſtatuatur: que ſic perſonis ad opus deputatis aperiat: ꝙ alias intrare penitus non permittat. Nã ſorores ipe: ⁊ tunc et ſemper quantũcunq̃ rationabiliter preualẽt: ſtudioſiſſime caueant ne a ſecularibus vel extraneis perſonis videantur.

¶ De rota et eius cuſtodia. Rubrica. 14.

*De forma rote.*

CEterum cũ prefatũ oſtiũ pro alijs aperiri nolimus niſi pro illis tm̃ q̃ per rotam vel aliunde decenter nequeant expediri: mãdamus ꝙ in ſingulis monaſterijs in exteriori muro clauſure intrinſece: in loco ſiquidẽ cõpetenti ⁊ manifeſto a parte exteriori ⁊ omnino patẽti: rota vna fortis fieri debeat latitudinis ⁊ altitudinis congruentis: ita ꝙ per eã nulla perſona ingredi valeat vel exire: per quã neceſſaria tam intus q̃ exterius miniſtrentur. Et taliter diſponatur: ꝙ per eaȝ nec intus nec extra valeat aliquis intueri. Ex vtraq̃ etiam parte: oſtiolũ fiat validum: quod de nocte: ⁊ in eſtate tẽpore dormitionis: ſeris ferreis ⁊ clauibus clauſum ⁊ firmatum debeat permanere.

*De cuſtodia rote.*

¶ Ad cuius cuſtodiã ꝓ expediẽdis neceſſarijs per eandẽ: vnã ſororem diſcretã ⁊ maturã tã moribus q̃ etate: q̃ monaſterij diligat honeſtatem cõſtituat abbatiſſa: cui ſoli tm̃ vel deputate ſibi ſocie: cũ congrue non poterit intereſſe: loqui ibidẽ ⁊ reſpõdere liceat ſuper ijs q̃ ad ſuũ officium pertinebunt. ¶ Ibi autẽ nulli loqui liceat: niſi eſſet locutoriũ occupatum: vel ex alia rationabili cauſa ⁊ neceſſaria aliqñ: ſemper tñ de licentia abbatiſſe. Quod tamen rariſſime fiat: ſm loquendi modum ſuperius pretaxatum.

¶ De oſtio inferiori monaſterij. Rubrica. 15.

PRopter neceſſitates quoq̃ aliquando imminẽtes q̃ non poſſunt per ſupradictum oſtiũ vel rotã cõmode expediri permittimus: ꝙ aliud oſtiũ in loco decẽti in monaſterio fieri poſſit per quod certis tẽporibus intromittantur: ⁊ emittantur que fuerint opportuna. ¶ Qð quidẽ oſtium cõtinuo ſit claui, ſeris ferreis ⁊ repagulis cõitum: ſitq̃ muro a parte exteriori muratũ: ita ꝙ nõ poſſit aliquatenꝰ aperiri: vel perſona aliqua inde loqui. Poſſit tñ neceſſitatũ dictarum tẽpore: ipſiꝰ oſtij murus dirui: ⁊ oſtiũ aperiri. Nec tunc apertum niſi quantũ minus fieri poterit: ſub tñ fida cuſtodia dimittat. Expeditis itaq̃ neceſſitatibus ipſis: ſm ꝑdictũ

UVA. BHSC. IyR_230_2

modum:remunitum clau.ſeris ⁊ repagulis extrinſecus remuretur.

¶De locutorio. Rubrica.16.

LOcutoriu̅ au̅t co̅mune in capella:vel poti⁹ in clauſtro:vbi co̅modius ⁊ honeſtius fieri poterit diſponatur:ne ſi forte fieret in capella:pace̅ ora̅tiu̅ ingeret. Jp̅m locutoriu̅ ſit co̅grue qua̅titatis de lamina ferrea ſubtiliter perforata:⁊ taliter clauis ferreis coaptata:ꝙ nu̅ꝙ̅ valeat aperiri. Sit quoqꝫ ip̅a lamina clauis ferreis in longu̅ protenſis exterius fortiter co̅munita. Cui pa̅nus niger laneus interius taliter apponatur:ꝙ nec ſorores videre extra valea̅t:nec videri. ¶Ad iſtud au̅t locutoriu̅:a co̅pletorio (qd̅ dici debet te̅pore co̅petenti) vſqꝫ poſt prima̅ diei ſequentis: ſeu te̅pore comeſtionis:vel dormitionis in eſtate: aut qn̅ officiu̅ celebrat̅ (niſi pro cauſa a deo rationabili ⁊ neceſſaria:q̅ co̅mode differri no̅ poſſit) nulli licitum erit loqui. Qua̅docu̅ꝙ̅ vero in conceſſis te̅poribus aliqua vel aliq̅ habuerint ibi loqui:cu̅ modeſtia ⁊ maturitate loque̅tes:breuiter ſe expediant: prout decet. ¶Ubi vero propter ſororu̅ multitudinem videbitur opportunu̅: aliud ſimile locutorium eſſe poſſit.

De te̅poribus loquendi.

¶De crate:⁊ eius cuſtodia. Rubrica.17.

UOlumus etia̅ vt in muro qui ſorores diuidit a capella:co̅grue̅tis forme cratis ferrea collocetur:q̅ ſit ex crebris ⁊ ſpiſſis co̅tortis lineis ferreis diligenti ⁊ forti opere fabricata:⁊ clauis ferreis in longu̅ protenſis exterius fortiter co̅munita:vel ex lamina ferrea paruis ⁊ minutis foraminibus perforata cu̅ ꝓtenſis clauis ferreis:vt eſt dictu̅. Jn cuius mediu̅:fiat vnu̅ oſtiolu̅ de lamina ferrea: per qd̅ co̅ionis t̅pe poſſit intromitti calix:⁊ ſacerdos mittens manu̅:poſſit dn̅ici corporis tradere ſacramentu̅. Quod quide̅ claui ferrea ſit ſemper firmatu̅. ¶Nec aperiatur niſi qn̅ ꝓponi ſororibus co̅tigerit verbu̅ dei:vel ſacramentu̅ dn̅ici corporis exhibetur:aut cu̅ quis aliqua̅ ex ſororibus ſua̅ propinqua̅ co̅ſanguinea̅ videre petierit:vel alia cauſa neceſſaria id expoſcat. Qd̅ rariſſime fiat: ⁊ ſemper de licentia abbatiſſe. Que t̅n in nullo caſu (primis duobus du̅taxat exceptis) lice̅tiam largiatur:niſi prius ſingulis vicibus de hoc conſiliu̅ petierit a conue̅tu. Cui crati pa̅nus lineus niger interius taliter apponatur:vt nulla valeat inde aliq̅d intueri. Habeantur etia̅ oſtia lignea ex parte ſororꝫ cu̅ ſeris ferreis atqꝫ claue:vt maneat ſemper clauſa pariter ⁊ firmata. ¶Et no̅ aperiatur niſi cu̅ diuinu̅ celebratur officiu̅:niſi qn̅ ex dictis cauſis:prefato modo:dictu̅ oſtiolu̅ co̅tigerit aperiri. ¶Et nemo alius per predicta̅ crate̅ loquatur:niſi aliq̅n rationabili cauſa vel neceſſaria exige̅te:alicui de abbatiſſe licentia:raro fuerit concedendu̅. Et tunc predicta oſtia lignea poterunt aperiri. ¶Et quandocu̅ꝙ̅ aliquaꝫ perſona̅ extranea̅ ad eas ingredi: vel alias per crates eis loqui contigerit:tegant faciem cu̅ modeſtia:⁊ incline̅t: prout religionis conuenit honeſtati.

Caſ⁹ in q̅b⁹ crates po̅t aperiri.

De mo̅ loq̅ndi ad crate̅. ⁊

¶Quibus et qualiter liceat ingredi monaſterium. Rubrica.18.

DE ingreſſu perſonaru̅ in monaſteriu̅:firmiter ac diſtricte precipim⁹:vt nulla vnꝙ̅ abbatiſſa:vel eius ſorores aliqua̅ perſona̅ religioſam: ſeu ſecularem: aut cuiuſlibet dignitatis in monaſterij clauſura̅ intrinſeca̅ intrare permitta̅t. Nec omnino alicui liceat:niſi quibus co̅ceſſum a ſede ap̅lica fuerit:vel a cardinali cui fuerit ſororꝫ ordo co̅miſſus. ¶Excipiuntur aute̅ a dicta ingredie̅di lege: medicus cauſa multu̅ grauis infirmitatis:⁊ minutor cu̅ neceſſitas exegerit. Qui no̅ abſqꝫ duobus socijs de familia monaſterij introducantur:nec ab inuicem infra monaſterium ſeparentur. ¶Necnon ⁊ illi quos occaſione incendij:vel ruine: ſeu alteri⁹ periculi vel diſpendij:ſeu pro tuendis a violentia quorulibet monaſteriu̅ vel perſonis: aut pro aliquo opere exercendo:qd̅ co̅mode extra monaſterium fieri non po-

De medico.

De caſibus fortuitis.



UVA. BHSC. IyR_230_2

teſt: neceſſitas exegerit introire. Qui oēs expedito ſuo miniſterio: vel immīnēti ne-
ceſſitati ſatiſfacto per ipos: exeant ſine mora. ¶ Nulli autem perſone extranee:
De cardinalibus. intra monaſterij clauſurā liceat comedere vel dormire. ¶ Sed ꝛ ſi quis de ſancte
eccl'ie cardinalib⁹: ad aliqđ monaſteriū hmōi religiōis aliqñ venerit: ꝛ intra clau
ſtrum voluerit ingredi: cū reuerētia quidē ꝛ deuotione ſuſcipiatur: ſed rogetur vt
De generali miniſtro. cum paucis ſocijs debeat introire. ¶ Liceat quoq; gñali miniſtro ordinis fratrū
minoꝝ qñ ibidē celebrare voluerit: vel ꝓponere ſororib⁹ verbum dei: cū quattuor
vel quinq; fr̄ibus ipius ordinis intra clauſurā ingredi monaſterij: ſi qñ ei videbit
expedire. ¶ Ali⁹ aūt prelat⁹ cui aliqñ forte de licētia ſedis apl'ice vel dicti cardina-
lis intrare licuerit: duob⁹ vel tribus tātū religioſis ꝛ honeſtis ſocijs ſit cōtētus.
De ep̄is. ¶ Qđ ſi forte ꝑ bñdictione vel cōſecratione ſoroꝝ vel in alio modo cōceſſū fuerit
ep̄o alicui miſſam interi⁹ celebrare aliqñ: q̄ paucioꝛib⁹ ꝛ honeſtioꝛib⁹ potuerit ſo
cijs ſit contētus ꝛ miniſtris. Et hoc quoq; ip̄m alicui rarius cōcedatur. Nulla tñ
omnino loquatur cū aliqua perſona de ingreſſis: niſi modo ꝓdicto: ſiue infirma
De licētia abbatiſſe ꝛ conuētus ad ingrediendū. fuerit ſiue ſana. ¶ Illud ſane precipue caueatur: vt ij quibus aliqñ cōceſſum fuerit
ſolūmodo vel data licētia in monaſteriū ingredi: nō aliter admittātur: niſi abbatiſ
ſe ꝛ ſororibus viſum fuerit expedire: cū ex hmōi cōceſſionibus vel licentijs: abba-
tiſſa vel ſorores eos admittere non cogantur: ꝛ vt ſint tales de quoꝝ verbis ꝛ mo
ribus: necnō vita ꝛ habitu edificari valeant intuētes: ꝛ materia iuſti ſcādali exin-
de nequeat gñari. ¶ Super cōceſſione vero vel licētia ingreſſus hmōi: ad oē am
biguū remouendū: ap'lici apicis: vel cardinalis patentes lr̄e oſtendantur.

¶ Qualiter ſeruiciales emittantur. Rubrica. 19.

DE ſeruitialibus ꝛ ſororib⁹ q̄ ſemper manere clauſe ſicut alie non tenentur:
diſtrictius volumus obſeruari: vt ſine licētia nulla clauſtrū egrediatur. Et q̄:
emittūtur: honeſte ſint ꝛ cōuenietis etatis: ac religioſi ꝛ maturi aſpect⁹. ¶ Et cal-
ciamentis honeſtis: tā ipe q̄ ſorores ille quas aliqñ emitti contigerit ꝑ caſib⁹ ſu-
pradictis: calciate incedant. Ceteris vero intus manētib⁹: liceat illud idē. ¶ Egre-
dientibus vero aſſignetur certus terminus redeundi. Nec alicui ipſarum cōceda-
tur extra monaſteriū ſine licētia ſpeciali comedere: bibere vel dormire: nec ab inui
cem ſeparari: vel alicui in ſecreto: ſeu capellani monaſterij: vel cōuerſoꝝ domici-
lium introire. Et ſi aliqua cōtrariū fecerit: grauiter puniatur. ¶ Et ſollicite caueāt:
ne ad loca ſuſpecta diuertant: vel cū perſonis male fame familiaritatem habeant.
Nec in ſuo reditu ſecularia vel inutilia ſororibus referant: per q̄ diſſolui valeāt vel
turbari. Et q̄diu extra fuerint: taliter ſtudeant ſe habere: q̄ de conuerſatione hone
ſta ipſarum: edificari valeant intuentes.

¶ Qualiter capellanus ꝛ cōuerſi ſoroꝝ viuere debeant. Rubrica. 20.

CApellanus ſi voluerit ſe monaſterio obligare: ꝛ aliqui qui monaſterij con-
uerſi eſſe voluerint: ꝛ abbatiſſe ꝛ cōuētui viſum fuerit eos recipere: anno ꝓ-
bationis elapſo: ꝓmittant obedientiā abbatiſſe: vouētes loci ſtabilitatē: ꝛ perpe-
De habitu capellani ꝛ cōuerſoꝝ monaſterij. tuo viuere ſine ꝓprio: ꝛ in caſtitate. ¶ Tunicas de religioſo ꝛ vili pāno: tā precio
q̄ colore iuxta eoꝝ indigentiā hr̄e valeāt ſine caputio. Quaꝝ manice breues ſint
ꝛ ſtricte tantūmodo circa manus. Longitudo aūt tunicarū ſit talis: q̄ a cauilla
pedum diſtet ſpacio quattuoꝛ digitoꝝ. Capellan⁹ tñ hr̄e poterit longiorē. ¶ Pro
cingulo vero: corrigiā honeſtam habeat cū cultello. Caparonem etiam cū capu
tio ſuper tunicas portent: cuius longitudo genu aliquantulū tranſcat: ꝛ latitudo
vſq; ad caputiū protendatur. Minoris tñ latitudinis caparonem ſi habere volue

UVA. BHSC. IyR_230_2

ſit:poterit capellanus. ¶Qui etiā cappa boneſta vti poterit:vel mantello poſt col
lum:vel ante pectus hincinde cōnexo. Superiores aūt tunice:⁊ longū caputium:
necnon ⁊ capellani cappa ⁊ mantellus;nō ſint de albo vel penitus nigro panno.
¶Veſtiti etiā iaceant:⁊ camiſis lineis non vtātur. Calciamenta alta ⁊ ampla ⁊ De dormitione.
ante fixa cū caligis habeāt:⁊ femoralia portēt. Capillos ſuos vſqꝫ ad aures cer-
tis tēporibus tondeant in rotundū. Officiū diuinum faciāt vt ſorores:excepto ꝙ
conuerſi ad officiū beate virginis ⁊ mortuoꝝ minime teneantur. ¶Jeiuniū ſerua
re debeant vt ſorores. Liceat tamē abbatiſſe ſuper ieiunio regule cum eis eſtꝰ: vel De ieiunio.
itineris:aut laboris alterius:ſeu alia quauis rationabili ⁊ boneſta cauſa: miſeri-
corditer diſpenſare. ¶Jnformationi vero ⁊ correctioni viſitatoris: capellanus ⁊ De ſubiectione.
conuerſi per oīa ſint ſubiecti. Cui in ijs que ad viſitationis officiū pertinēt: teneā
tur firmiter obedire.

¶De procuratore monaſterij:⁊ eius officio. Rubrica.21.

PRo poſſeſſionibus ⁊ redditibus monaſterij modo debito pertractandis:ꝓ
curator vnus prudēs pariter ⁊ fidelis in ſingulis monaſterijs veſtri ordinis
habeatur:qui per abbatiſſam et cōuentum conſtitui ⁊ amoueri debeat:ſicut vide De ratione
bitur expedire. ¶Hic vero taliter inſtitutus:de omnibꝰ ſibi cōmiſſis,receptis pa redenda.
riter ⁊ expenſis:abbatiſſe ⁊ tribus ſororibus ad hoc per conuentū ſpecialiter aſ
ſignatis:⁊ viſitatori cū voluerit:rationē reddere teneatur. ¶Et nihil omnino de Prohibitio
rebus monaſterij vendere,cōmutare,obligare;vel alienare quo quomodo valeat: alienandi.
niſi de licētia abbatiſſe pariter ⁊ cōuentus. Et quicquid cōtra hoc attentatū fue-
rit:irritū decernimus ⁊ inane. ¶Poſſit tū de mobilibus parū valentibꝰ aliqua
parua ex cā licita:de abbatiſſe licentia interdū alijs elargiri. ¶Poſſit etiā per vi-
ſitatorem:cū expedire videbitur:amoueri.

¶De abbatiſſa ⁊ eius officio. Rubrica.22.

ELectio abbatiſſe libere pertinerat ad conuentum. Cōfirmatio vero fiat per
cardinalē cui fuerit iſte ordo cōmiſſus:vel auctoritate ipius. ¶Studeāt aūt Qualis de-
ſorores talem eligere:que virtutibus polleat:⁊ ſanctis moribus alijs preſit potiꝰ beat eſſe ab-
ꝙ̄ officio:⁊ que cōmunitatem ſeruet in omnibus: velut moribus: vt eius exem- batiſſa.
plo prouocate ſorores:ex amore magis ei obediāt ꝙ̄ timore. Que ſingularibus
amoribus careat:ne dum in parte plus diligit:in toto ſcandalum generet. Conſo
letur afflictas:ſit refugiū tribulatis:ne ſi apud eam remedia defuerint ſanitatum:
deſperationis morbus preualeat in infirmis. Que humiliter ⁊ charitatiue viſitet
et corrigat ſorores ſuas:non precipiendo eis aliquid quod ſit contra animā ſuā:
et veſtre profeſſionis formam. Non ſit preceps in precipiendo: ne ex indiſcretio-
ne precepti:ponat peccati laqueum animabus. ¶Cui poſtꝙ̄ confirmationem re De obediētia exhibēda abbe.
ceperit: ꝙ̄diu in officio permanſerit: ſorores vniuerſe: necnon ⁊ familia exterior
monaſterij pareant ⁊ obediant diligenter. ¶Semel in hebdomada:ad minus: De capitulo culparum.
abbatiſſa ſorores ſuas pro ipſarum monitione,ordinatione: ⁊ reformatione te-
neatur ad capitulum conuocare. Ubi ſecundum expreſſionem publicarum ⁊ cō-
munium negligentiarum atqꝫ culparum: pene miſericorditer imponantur. Cō-
ferat etiā cum oībus ſororibus ſuis de ijs que occurrunt pro ſui monaſterij vtili
tate ac honeſtate tractanda. Sepe enim dominus quod melius eſt: iuniori reue-
lat. Nullum onerosum vel graue debitum contrahat:niſi per ꝓcuratorē de cōi cō
ſenſu ſororū:cū manifeſta neceſſitas hoc requirat. ¶Reddat etiā de receptis ⁊ ex De rōne rededa conuētui.
penſis ſemel ad minus ſingulis tribus mēſibꝰ corā conuentu:vel ſaltē ꝗtuor ſo.



UVA. BHSC. IyR_230_2

De officiali- roꝛibus ab eodẽ ad hoc ſpecialiter deputatis: debitã rationẽ. ¶ Officiales mona-
bus cõuẽt᷒. ſterij inſtituat de conſilio ⁊ aſſenſu conuentus: vel maioꝛis partis ipſius. ¶ Sigil-
lum vero conuentus: cuſtodiri faciat ⁊ ſeruari ſm̃ oꝛdinationẽ cõuentus. Et om
nem litterã dirigendã ex parte eiuſdẽ conuentus: prius corã cõuentu in capitulo
lectã ⁊ approbatã a maioꝛi parte ſoroꝝ: ibidẽ coram oĩbus faciat ſigillari. ¶ Nul
De litteris la etiã ſoroꝛ aliquas litteras dirigat ſeu recipiat: niſi ꝑmo eas abbatiſſa legat: vel
mittendis. ab alia ad hec conſtituta legantur. ¶ Studeat inſuper abbatiſſa ſoroꝛes recõcilia
re: ſi aliquas ad inuicẽ ex aliqua cauſa vel occaſione contigerit cõturbari. Soroꝛ
vero illa que verbo vel ſigno occaſionem turbationis vel ſcandali alteri dederit:
ſtatim anteꝙ̃ offerat munus oꝛõnis ſue deo: veniã petens a ſoroꝛe quã offendit:
coꝛam ea humiliter ſe ꝓſternat: rogans vt intercedat ꝓ ſe ad dñm: quatenus tibi
culpam indulgeat quã cõmiſit. Illa vero memoꝛ verbi dñi: Niſi dimiſeritis ex
coꝛdibus veſtris: nec pater veſter celeſtis dimittet vobis: liberaliter iniuriã remit-
Admonitio. tat ſoroꝛi veniã poſtulanti. ¶ Monemus ſoroꝛes oẽs ⁊ hoꝛtamur in dño Jeſu
chꝛiſto: vt caueant ab omni ſuperbia. vana gloꝛia. inuidia. auaricia. cura ⁊ ſollici
tudine huius ſeculi. detractione ⁊ murmuratione. diſſenſione ⁊ diuiſione: ac om̃i
vitio ꝓ quo poſſit diſplicere in oculis veri ſponſi. Sed magis ſollicite corã deo
ſeruare interioꝛem ⁊ exterioꝛẽ in oĩbus puritatẽ: ac ſemper inuicẽ hr̃e mutue di-
lectionis vnitatẽ: q̃ eſt vinculũ ꝑfectionis: vt in ea radicate ⁊ fundate: poſſint agni
dñi noſtri Jeſu chꝛiſti nuptias cũ prudẽtibus virginibus introire.

¶ Quod nulla ex ſoroꝛibus accedat ad romanã curiã perſonaliter. Rubꝛica. 23.

AD hoc vt diſcurſibus diſpẽdioſis materia ſubtrahatur: in virtute obediẽ
Excõicatio. tie: ſub pena excõmunicationis (quã ipo facto tranſgredientes vel nõ pa-
rentes incurrant) diſtricte precipimus: vt exceptis dũtaxat ſeruitialibus monaſte
rioꝛum: illoꝝ locoꝝ in quibus romana fuerit eccleſia cõſtituta: q̃diu ibi reſidentiã
fecerit: nulla abbatiſſa. ſoroꝛ: vel ſeruicialis ꝓ vlla neceſſitatis cauſa ad ſedẽ apo-
ſtolicam perſonaliter veniat vel accedat: niſi ſuper hoc ꝑ aplĩcos apices: vel dicti
cardinalis patentes litteras alicui ſpecialis licentia concedatur.

¶ De viſitatoꝛe ⁊ eius officio. Rubꝛica. 24.

MOnaſteria huius religionis per viſitatoꝛes: qui auctoꝛitatẽ. formã: ⁊ mo-
dum a cardinali cui fuerit a ſede apoſtolica vr̃ oꝛdo cõmiſſus recipiãt: ſe-
mel ad minus annis ſingulis viſitentur. ¶ Sane circa viſitationes hmõi illud eſt
ſollicite prouidendũ: vt quicũꝗ vel generalis: vel etiã alicubi aliqñ ſpecialiter con-
ſtituendus fuerit viſitatoꝛ: talis debeat conſtitui: de cuius religioſa vita ⁊ moꝛib᷒
Qualis de- noticia plena ⁊ ſecuritas habeatur. Qui cũ ad monaſteriũ aliquod veniens fue-
beat eſſe viſi rit intro greſſus: ſic ſe per oĩa exhibeat ⁊ oſtendat: vt oẽs de bono ad melius pro
tatoꝛ. uocet: ⁊ ad dei amoꝛẽ: ⁊ intra ſe mutuã charitatẽ ſemper inflãmet pariter ⁊ accẽ
dat. Et qñ monaſterij clauſurã ad viſitãdũ intrauerit: duos religioſos ⁊ idoneos
ſocios ſecũ ducat: qui vʒ ſocij ſimul maneant: ⁊ dũ fuerint intra clauſtrũ: ab inui-
De foꝛma vi cem nullatenus ſeparentur. ¶ Viſitatoꝛ aũt regula prius lecta ⁊ expoſita: ab ab-
ſitationis. batiſſa ſigillũ recipiat: qð ipa ſibi aſſignare ⁊ abſolutionẽ ac cõceſſionẽ ab abba
tiſſe miniſterio petere abſolute ac libere teneatur. Que ſi cõmunẽ vitã non potue
rit ducere: vel noluerit: per eũdẽ viſitatoꝛẽ a ſuo regimine abſoluatur: niſi ſua mo-
ra in officio: monaſterio diſpendioſa nõ eſſet ſed neceſſaria: vel euidẽter vtilis ap-
pareret. Abſoluatur etiã per eundẽ ſi alias non idonea: vel inſufficiens ad mona
ſterij regimẽ videatur. Et hoc fiat ſm̃ foꝛmã ⁊ modũ q̃s a cardinali ſupradicto

UVA. BHSC. IyR_230_2

receperit viſitator. Qui tam de ipſius abbatiſſe q̄ ſororum ſtatu: et obſeruātia ſue religionis: ab oibus gn̄aliter: et ſpecialiter a ſingulis inquirat ſtudioſius veritatem. Et vbi aliquid reformandū vel corrigendū inuenerit: zelo charitatis et amore iuſticie: cū diſcretione corrigat et reformet tā in capite q̄ in mēbris: ſicut melius viderit expedire. Exceſſus aūt qui fuerit ſufficiēter correctus a viſitatore: nullatenus iterum corrigat. Qd̄ ſi aliquid tale ſibi occurrerit: qd̄ per ſe nequeat emēdare: ad ſuperiorē referat vt corrigatur (ſicut expedit) eius cōſilio ac precepto. ¶ Caueat autem abbatiſſa: ne a ſe vel ab alijs ſororibus ſtatus ſui monaſterij viſitatori aliquatenus abſcōdatur: qz malū eſſet indicium: et offenſa grauiter punienda. Immo volumus et mandamus: vt ea q̄ ſm̄ vite ſue formā et regularē obſeruantiā inſtituenda vel emendāda fuerint: publice ac priuatim (ſicut melius viderit faciendū) viſitatori ſuggerant et pponant: cui teneātur in oibus q̄ ad offm̄ ſue viſitationis pertinent firmiter obedire. Que aūt aliter fecerint: a viſitatore: tā abbatiſſa q̄ alie debite put cōuenit puniātur. ¶ Oēs autē tā abbatiſſa q̄ ſorores cōſiderent et caueant diligenter: vt nihil aliud q̄ amor diuinus: et ſuarū ſororum correctio: ac monaſterij reformatio eas moueat ad loquendū. ¶ Modū autē loquendi viſitator cuſtodiat ſupradictū: vt vz aut cū oibus: aut cū pluribus ſimul loquatur: vel ſecrete cum vna: alijs tn̄ ad minus duabus in aſpectu eius nō longe ſedentibus: vt p oia bone fame integritas conſeruetur: niſi ad locutoriū cū vna vel pluribus loqui voluerit de ijs q̄ ad officiū ſuū pertinere noſcātur. ¶ Idē etiā viſitator: tā capellanū q̄ cōuerſos: et ceteros de familia extrinſeca monaſterij viſitet: et in eis corrigat et reformet q̄ correctionis et reformationis officio nouerit indigere. Penas tam amotionis perpetue a monaſterio: licētiando pfeſſos ad alia monaſteria vel ordines: ſicut viderit expedire: q̄ alias: put culpe grauitas et qualitas exegerit imponendo. ¶ Ut aūt non grauentur monaſteria in expenſis: et viſitator oēm notam cuiuſpiā ſuſpitionis euitet: volumus oino q̄ viſitator de viſitationis officio q̄ citius cōmode poterit ſe ſtudeat expedire: quāto rarius: abſq̄ ſui officij diſpēdio poterit: monaſterij clauſurā intrinſecus ingreſſurus.

*Marginal notes:* Cauenda in viſitatione. — De modo audiēdi viſitationes. — De viſitatione capellāi: et cōuerſorum. — De abbreuiatione tēporis viſitationis.

¶ De cardinali huius religionis. Rubrica.25.

Uerum ne obſeruantie preſentis regule ſiue formule ſupraſcripte (quā vniformiter vbiq̄ ab oibus volumus et mandamus diligentius obſeruari) pro defectu certi regiminis in poſterū recedere vos contingat: aut ſub diuerſorum magiſterio viuēdi modos incurrere differentes: dilecto filio noſtro. J. ſancti Nicolai in carcere Tuliano diacono cardinali gubernatori. ptectori: et correctori ordinis fratrum minorum: curam et regimen veſtri ordinis: necnō et perſonarū in eis degentiū. ſ. capellanorū et cōuerſorū et familiarū: plene duximus committenda. ¶ Statuentes: vt ſub eius et aliorum cardinaliū qui fuerint p tpe gubernationi. protectioni: atq̄ correctioni eorūdem fratrū ordinis a ſede apoſtolica deputati obediētia et cura et regimine: debeatis de cetero permanere: quibus teneamini firmiter obedire. Et ipſi aiarū veſtrarū ſollicitudinē gerētes et curā: eiſdē monaſterijs et pſonis degentibus in eis: capellanis. cōuerſis: et familie: tā per ſe q̄ per viros idoneos quoties expedire viderit: viſitationis officium impendere ſtudeāt: corrigendo et reformando ibidem: tā in capite q̄ in mēbris: q̄ correctionis et reformationis officio nouerint indigere. ¶ Inſtituant nihilominus et deſtituant. ordinēt. ſtatuant et diſponant: put ſm̄ deū viderint expedire.

*Marginal note:* De protectore huius ordis.

¶ Qd̄ regula non negligatur a ſororibus. Rubrica vltima.

UVA. BHSC. IyR_230_2

# Secūnda regula ſancte Clare.

UT aūt vos in hac regula ſiue formula tanꝙ in ſpeculo poſſitis inſpicere: ne per obliuionem aliquid negligatis: ſemel vobis in qualibet quindena legat. Et vbi vos inueneritis ea que ſcripta ſunt facere: agite gratias deo bonorū oīm largitori. Ubi autē tibi quecunꝙ videt aliquid deeſſe: doleat de preterito ⁊ caueat de futuro: orans vt ei debitum dimittatur: ⁊ in tentationem ne deinceps inducatur. ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conſtitutionis. conceſſionis. confirmationis: ⁊ abſolutionis infringere: vel ei auſu temerario cō traire. Si quis aūt hoc attentare preſumpſerit: indignationē omnipotentis dei: et beatorū Petri et Pauli apoſtolorum eius: ſe nouerit incurſurum. Datum apud vrbem veterem quinto decimo Kalendas Nouembris: Pontificatus noſtri anno tertio.

¶ Explicit regula ſecūda ſororū ordinis ſancte Clare.

Collector. QUia poſt impreſſionē Cōpēdij priuilegiorū frm minor ⁊ c. i Cap'lo generali Tholoſe celebrato año dñi. 1532. factū eſt quodā ſtatutū reſpectu monialiū: ſuorūꝙ monaſterior: qd̄ valde ſcire expedit: idcirco ꝑut in tabula ꝑdicti capl'i gñalis cōtinebatur ad lrām hic ponitur.

Statutū generale. ARceātur ſtrictiſſime frm acceſſ⁹ ad monialiū ⁊ ſoror loca. Et nullo modo cū eiſdē loq poſſint: niſi a miniſtro ꝓuinciali licētiā in ſcript̄ hēant. Lꝫ tñ hoſpitij: ⁊ celebrationis gr̄a ad hmōi loca accedere: vbi frm conuentus nō ſunt. ¶ Etiā diſtrictiſſime cōfeſſorib⁹ quarūcūꝙ monialiū et ſoror precipitur ſub pena priuationis officij: ⁊ actuū legitimor ipo facto incurrēda: ne aliq̄ mō de tꝑalib⁹ bonis earūdē: ⁊ cauſis ſecularib⁹ ⁊ litigioſis ſe intromittāt: ſꝫ talia cū neceſſe fuerit: ꝑ ſcl'ares: ⁊ nō ꝑ fr̄es fiāt. ¶ In ꝑdicatiōe vero verbi dei: ⁊ ſacramētor admiſtratione: ac alijs q̄ ſpūalē ꝓfectū cōcernūt: oēm adhibeāt curā: ⁊ diligentiam. ¶ Et nullo mō ſub eadē pena ꝑdicta: ipa monaſteria ingredi poſſint quacūꝙ ex cauſa cōfeſſores ꝑfati: niſi ꝑ ſacramētis adminiſtrādis. Si vero aliq̄ in ipis monaſterijs fuerint agēda: ꝑ ſcl'ares fiāt: ⁊ nullo mō ꝑ cōfeſſores: aut ſocios eorūdē.

## ¶ Incipit ordo ad induendum nouiciam.

PRimo ante miſſam tunicis poſitis ⁊ chorda ante altare dum celebratur miſſa: nouicia ⁊ cōſanguinee eius ſibi aſtātes: ſtent coram altari tenentes candelas accenſas: quas offerent poſt offertorium ſacerdoti. ¶ Finita vero miſſa: ſacerdos accedēs illuc: abſolute incipiens dicat. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celū ⁊ terrā. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

DEus pater omnipotens qui per legiferum moyſem famulum tuum miniſtris eccleſie ſub typo paſſionis: priſce legis precepta dediſti: hanc laneam veſtē quā ſanct⁹ pater nr̄ Frāciſcus miniſter eccl'ie diuino amore ferre conſueuit: ſancti ✠ ficare atꝙ bñ ✠ dicere ⁊ cōſecrare tuo ꝓprio ore digneris: vt hec ancilla tua q̄ eā cupit induere: exuta ab oī ſorde vicior: cū indumēto ſanctarū virtutuꝫ: ea induatur: quatenus ab omni perturbatione callidi inſidiatoris deinceps ꝓtecta: in eccl'ia tua ſancta de die in diē renouetur. Per chriſtū dñm noſtrum.

¶ Poſtea ſuper ea q̄ induenda eſt dicatur hec Oratio.

DEus qui abrae famuli tui ope: hūano generi obedietie exēplar tribuiſti: cō-

UVA. BHSC. IyR_230_2

rede huic ancille tue: ⁊ ſue volūtatis prauitatē frangere: et tuorū preceptorū rectitudinem in oībus adimplere. Per chriſtū dn̄m noſtrū. Alia Oratio.

OMp̄s ſempiterne deus ꝓpitiꝰ reſpice ad p̄ces eccl'ie tue: ⁊ huic ancille tue quā ad nouā gratiā vocare dignatus es: fidē rectā. charitatē pfectā. hūilitatē verā: cōcede dn̄e vt ſit in ea ſimplex affectꝰ et fortis. obia pſeuerās. pax perpetua. mēs pura. rectū et mūdū cor. volūtas bona. cōſciētia ſancta. cōpūctio ſpūalis. virtꝰ aīe. vita immaculata. cōſūmatio irrep̄hēſibilis: vt viriliter currēs: in tuū introire regnum feliciter mereatur. Qui cum pr̄e ⁊c̄. Amē.

¶ His expletis aſpgat ſacerdos nouiciā ⁊ tunicas aq̄ bn̄dicta. Poſtea ducant eā cōſanguinee eiꝰ vſqꝫ ad portā rote: et cū inceperit ingredi portā: ſi nouicia fuerit virgo: incipit cātor antiphonā. Ueni ſpōſa chriſti ⁊c̄. Quā cātādo ducāt nouiciā ſorores ad altare intrinſecū qđ eſt ī choro. Finita an̄a: dicat̄. p̄s. Bti immaculati in via: cū Gl'ia p̄ri: in octauo tono. ¶ Si vero nouicia nō fuerit virgo: nō cantetur an̄a: Ueni ſpōſa chriſti: nec. p̄s. Bti imaculati: ſed cantetur an̄a: Ueni electa mea et ponam in te thronum meum. all'a. Qua finita: cantatur. p̄s. Beati qui habitant in domo tua dn̄e: in ſecula ſeculoꝝ laudabūt te. in primo tono: cū Gl'ia p̄ri et filio. ⁊c̄. Et ſi neceſſe fuerit: p̄s et antiphona reiterentur quouſqꝫ nouicia ſit induta. ¶ Perueniēs aūt nouicia ad altare: genuflectat ⁊ taceat ꝓſtrata. Interim aūt alique ſorores quādā pallā extendētes: nouiciā pannis ſuis exuant. Quam abbatiſſa: vel alia loco eiꝰ: ſtatim induat tunicis bn̄dictis dicēdo. ¶ Exuat te dn̄s veterē hoiem cū actibꝰ ſuis: et induat te nouū qui ſm̄ deū creatus eſt in iuſticia et ſctitate veritatꝫ. ¶ Qua iduta: dicat ſacerdos. ℣. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cū. Oro.

DOmine Ieſu chriſte paſtor bone: q aīam tuā ꝓ oībus tuis poſuiſti: fac hāc ancillā tuā ſacro habitu indutā ante tuū cōſpectū cū iuſticia viuere: et ad miſericordiā tuā cū fructu bonorū operū ꝑuenire. Cōcede tribueqꝫ ei in fide obedientiā. in labore virtutē. in affectu deuotionē. in actu ꝓſperitatē. in victu abūdātiā. in pace leticiā. in cōuerſatiōe gratiā. in tribulatiōe paciētiā. in lāguoribꝰ ſanitatꝫ tue medicinā: qtenꝰ ī h̄ p̄nti tp̄e p ſemitā iuſticie cū felicitate ꝑcurrat: vt te vēturū iudicē in nouiſſimo die cū magna hilaritate ſuſcipiat. Qui cum patre ⁊c̄.

¶ Poſt hec incipiat cantor hymnū: Ueni creator. Quo finito: dicat ſacerdos. ℣. Emitte ſpiritū tuum ⁊c̄. ℣. Poſt partū virgo. ℣. Ora pro nobis beate Franciſce. ℣. Ora pro nobis beata Clara. ℣. Orate pro nobis omnes ſancti dei. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℣. Dominus vobiſcum. Oratio.

DEus q corda fideliū ſancti ſpūs illuſtratiōe docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere: et de eius ſemper cōſolatione gaudere. Per chriſtum. ⁊c̄.

Alia oratio.

COncede nos famulos tuos queſumus domine deus: perpetua mentis et corporis ſanitate gaudere: et glorioſa beate Marie ſemꝑ virginis interceſſione: a preſenti liberari triſticia et futura perfrui leticia. Alia oratio.

DEus qui eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fetu noue ꝓlis amplificas tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere: et celeſtiū donoruꝫ ſemper participatione gaudere. Alia oratio.

FAmulos tuos queſumus domine beate virginis tue Clare votiuā commemorationem recenſentes: celeſtium gaudiorum ſua facias interuentione participes: et tui vnigeniti coheredes. Alia oratio.

OMp̄s ſempiterne deus qui nos omniū ſanctorū tuorum merita ſub vna

UVA. BHSC. IyR_230_2

# Ordo ad induendum nouiciam.

tribuiſti celebritate venerari: q̄s vt deſideratā nobis tue propiciationis abundātiam: multiplicatis interceſſoribus largiaris. ¶Per dn̄m nr̄m ꝛc. ℣. Dn̄s vobiſcum. Bn̄dicamus dn̄o. ¶Poſt hec erigat ſe nouicia: ꝛ det pacē abbatiſſe ꝛ ſororibus aſtantibus. ¶Poſtea due ſorores ducant eam per chorū: ꝛ det pacē per ordinem ſicut ſtant in choro ſororibus vniuerſis.

## ¶Alius ordo ad idem.

Quādo aliqua monialis .s. Clare monaſteriū ingreſſura eſt: pmo cātet̄ vel legatur miſſa. Qua cōpleta ſacerdos bn̄dicit veſtes ſeu habitū: ꝛ velamia: cantando ſiue legendo. ℣. Oſtēde nobis. ℟. Et ſalutare. ℣. Dn̄e exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dn̄s vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu: Oratio.

Deus qui ſola tua ineffabili pietate qua nō minus ſuauiter q̄ ſapienter vniuerſa diſponis: lanam huiꝰ veſtiū ad vſum hoim de velleribꝰ ouiū pduxiſti: vt trino bn̄ficio ſimul ornarēt. fouerēt: ꝛ ab intēperie aerꝫ corpora tuerētur: immēſe mie tue largitatē ſuppliciter exoramꝰ: vt hoc indumentū qd̄ preſens famula tua. N. p forma habitꝰ .s. Clare ad tibi in ipo ordine laudabiliter ſeruiendum intendit aſſumere: ita bene ✠ dicere et ſancti ✠ ficare digneris: vt ſit ei ornatus ad operimentū peccatorū ſuoꝝ: fomentū ad profectū virtutuꝫ: ꝛ fortis armatura: ac tota defenſio contra aereas poteſtates: ꝛ ignea hoſtis nequiſſimi tela ad victorie triūphalis obtentū: quibus perſeuerando vſqꝫ in finem: tandem immarceſſibilis glorie brabiū dono gratie tue valeat adipiſci: necnon ad celeſte cōuiuiū ſuauiſſimū ſpōſi ſui: filij tui dn̄i noſtri Jeſu chriſti perēniter regnatura: cū nuptiali veſte delectabiliter introduci. Qui tecum viuit ꝛc. Oratio.

Domine ieſu chriſte fili dei viui: cuius apoſtolus muliebrē ſexū in ſignū ſubiectionis. humilitatis: ꝛ honeſtatis velamen ſuper caput ſuū pꝑter angelos habere precepit: cuiuſqꝫ oculos tempore acerbiſſime paſſionis tue ad opprobrium velauerunt: q̄s pꝑter gl'iam honorandi nois tui: copioſam bn̄ ✠ dictiois tue his velaminibus infunde virtutē: q̄ famulā tuā illa gerentem tibi ſubiectā in omnibus: et cuicunqꝫ tenetur ex ordine quē aſſumit efficiant: ne pprias virtutes et bona concernens: in gloriā data deperdat: ſed in vera humilitate conſeruet: ꝛ obūbret: ab omni etiā oculos eius varietate cōpeſcant: demū turpiſſime mortis tue dulcis ſponſi ſui memoriā hoc viduitatis indiciū ſepe mentis eius oculis repreſentet: ac radicitus cordi continue recolendā tenacius aſtringat: vt cū hac galea ſalutis: tanq̄ ſocia paſſionis: conſolationem tecum: et cum omni curia celeſti ſemper experiri mereatur. Qui viuis ꝛc.

¶Finita autē benedictiōe: aſpergant̄ aqua benedicta ꝛ incēſentur. ¶Poſtea ſoror genuflectat corā ſacerdote ꝛ altari: cū accēſo cereo i manibꝰ. Tūcqꝫ ſacerdos cātet ſiue legat. ℣. Sit nomē dn̄i. ℟. Ex hoc. ℣. Adiutoriū. ℟. Qui fecit. Orō.

Congrega nos dn̄e de nationibus: vt cōfiteamur noi ſctō tuo: ꝛ gl'iemur in laude tua. ¶Per chriſtū. ℟. Amen. ℣. Dn̄s cuſtodiat introitū tuum ꝛ exituꝫ tuum. ℟. Ex hoc nunc. ℣. Saluā fac. ℟. Deus meus. ℣. Mitte ei dn̄e. ℟. Et de Syon. ℣. Eſto ei dn̄e turris for. ℟. A facie. ℣. Nihil proficiat. ℟. Et filius iniqui. ℣. Dn̄e exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu. Orō.

Domine ieſu chriſte rex regū ꝛ dn̄s dn̄antium: qui a patre egrediēs ꝛ in hūc mundū ingrediens carnē mundiſſimā de immaculata virgine ſuſcepiſti: vt nos liberares de manibus inimici ꝛ ad paradiſi patriā reuocares: reſpice ſuper

UVA. BHSC. IyR_230_2

hanc famulā tuā q̄ mundū cū pōpis ſuis relinquere diſpoſuit. et in hoc ſacro mo
naſterio tibi dño deo ſuo vero ſanctarum aiarū ſponſo facias perpetuo deſerui-
re: ac infunde cordi eius benigniſſimā gratiam ſpūſſancti qui eā illuminet ad te
deum creatorē ſuū cognoſcendū: ac perfecte diligendū: vt cum dies extrema finiſ
ꝙ eius vite aduenerit: emundata ab omnibus peccatis ſuis: ad regna valeat cele
ſtia peruenire. Qui viuis ⁊c̄.

¶ Deinde ſacerdos aſpergat eam aqua benedicta in mondum crucis dicendo.
Benedicat te dñs ex ſyon: vt videas bona hieruſalem omnibus diebus vite tue.
¶ Deinde incēſet eā dicēs. Dirigat̄ dñe oro mea ſicut incēſum in cōſpectu tuo:
eleuatio manuū mearū ſacrificiū veſpertinū. ¶ Deinde ducat̄ ad introitū mona-
ſterij cantādo ſiue legēdo. Te deū laudamus ⁊c̄. ¶ Et ingreſſa monaſteriū vel ec-
cleſiam: a ſororibus corā altari interiori tondetur: ⁊ depoſito habitu ſeculari: ha-
bitu religiōis induitur. Et tūc dr̄ hymnꝰ. Veni creator. Quo cōpleto: dr̄. ℣. Emit
te. ℟. Et reno. ℣. Sit glīa dñi in ſeculū ſeculi. ℟. Letabitur dñs in operibꝰ ſuis.
℣. Ora ꝑ nobis ſctā dei genitrix. ℟. Ut digni. ℣. Ora ꝑ nobꝫ btē frāciſce. ℟. Ut
digni. ℣. Ora ꝑ nobis btā Clara. ℟. Ut digni. ℣. Saluā fac. ℟. Deꝰ meꝰ. ℣.
Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu. Oro.

DEꝰ cui oē cor patet: ⁊ ois volūtas loquit̄: ⁊ quē nullū latet ſecretū: purifica
ꝑ infuſionē ſcti ſpūs cogitatiōes cordis nr̄i: vt te perfecte diligere ⁊ digne
laudare mereamur. Concede nos famulos tuos ⁊c̄. Deus qui eccleſiam tuam
beati franciſci ⁊c̄. famulos tuos q̄s dñe beate virginis tue Clare ⁊c̄. Et Oro.

QUeſumus dñe pater miarū ⁊ deus totius conſolationis: qui per oipoten-
tiam. ſapientiā ⁊ clementiā tuam potes. ſcis: ⁊ vis hoiem ſaluare quem
creaſti: nec letaris in peccatoꝝ perditione morientiū: ſed magis ꝙ cōuertatur ⁊ vi
uant: ob amorē: merita: ⁊ interceſſionē glorioſiſſime matris tue intemerate virgi
nis marie: ⁊ beatiſſime virginis tue Clare: reſpice illo pietatis oculo quo beatū
Petrum in atrio pontificis aſpexiſti: preſentē famulā tuam. N. hodie penitꝰ de
mundo te eligentē: conuerſam ⁊ in ordine ſancte Clare famule tue deuotiſſime
mancipatā: quo tuo benigno reſpectu humilitas ſubijciat eā. penitentia reducat.
iuſticia inducat. obediētia cōducat. perſeuerātia perducat. deuotio introducat. pu
ritas iungat: ⁊ tibi charitas vniat: in quo ſimul oia bona ſine vllo malo poſſit re
perire: quibus te hec tua pia dignatiōe cōceſſeris poſſidere. Qui viuis ⁊c̄.

## ¶ Ordo ad benedicendum velum.

PRimo ponit̄ velū ſup altare dū celebrat̄ miſſa. Qua finita miſſa: rece-
ptura velū aſtātibꝰ ſibi aliqbꝰ ſororibꝰ genuflectat ante gradū. Alie vo
ſorores tenētes cādelas accēſas: ꝑ ordinē ſtēt in choro. Sacerdos aūt
accedēs illuc: abſolute incipiat dicēs. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cum. Oratio.

DOmine Jeſu chriſte qui tegimen nr̄e mortalitatis induere dignatus es: ob-
ſecramus immenſam tue largitatis abundantiā: vt hoc genus velaminis
quod ſanctus pater noſter Franciſcus ad innocētie vel humilitatis indicium ab
renunciantibus ſeculo ſanxit: tu ita bene ✠ dicere digneris: vt hec famula tua que
hoc vſa fuerit: te induere mereatur. Qui cum patre. ⁊c̄.

¶ Poſtea ſuper eam dicat. Oremus.

DEus qui per coeternū filiū tuum cuncta creaſti: quiq̄ mundū peccatis in-
ueteratum per myſterium ſancte incarnationis eius renouare dignatꝰ es: te ſup-

UVA. BHSC. IyR_230_2

pliciter exoramus: vt eiuſdem domini noſtri Jeſu chriſti gratiam ſuper hanc ✠ famulam tuam abrenunciationem ſeculi ꝓfitentem clementer infundere digneris: per quã in ſpiritu ſue mentis renouata: veterem hoiem cũ ſuis actibus exuatur: et nouũ qui ſm deũ creatus eſt induere mereatur. Per eundẽ chriſtum.

¶ Poſt hec incipit ſacerdos (ſi voluerit) vel due ſorores in medio chori ſequẽtẽ Letaniã. et ſorores in choro reſidentes reſpondeant vniuerſe.

Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. ¶ Chriſte audi nos. ¶ Chriſte exaudi nos. ¶ Pater de celis deus: Miſerere ei. ¶ Fili redemptor mundi deus. Miſerere ei. ¶ Spũſſancte deus: Miſerere ei. ¶ Sancta maria: Ora ꝓ ea. ¶ Oẽs ſancti beatorũ ſpirituũ ordines: Orate ꝓ ea. ¶ Oẽs ſancti apl̃i et euangeliſte: Orate pro ea. ¶ Sãcte frãciſce: Ora. ¶ Oẽs ſancti cõfeſſores: Orate. ¶ Sãcta Clara: Ora pro ea. ¶ Oẽs ſancte virgines et vidue. Orate pro ea. ¶ Propiti⁹ eſto. ℟. Parce ei dñe. ¶ Ab omni malo. ℟. Libera eã dñe. ¶ Per myſteriũ ſancte incarnationis. paſſionis. reſurrectionis: et aſcenſionis tue. ℟. Libera eã dñe. ¶ Pctõres. ℟. Te rogamus audi nos. ¶ Ut hanc famulã tuã ab omni tẽtatione eripere digneris. ℟. Te rogam⁹ audi nos. ¶ Agnus dei qui tollis peccata mũdi. ℟. Exaudi nos dñe. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Saluã fac ancillã tuã. ℟. De⁹ me⁹ ſperãtẽ in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de ſancto. ℟. Et de ſyon tuere eã. ℣. Eſto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil ꝓficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Dñe exaudi orõnem. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Adeſto dñe oẽs ſupplicationib⁹ noſtris: et hanc famulã tuã cui in tuo ſctõ noie velũ ſacre religionis imponim⁹: bene ✠ dicere dignare: et p interceſſionẽ beatiſſime et glorioſiſſime virginis marie: et beatoꝝ aplõꝝ Petri et Pauli: atqꝫ beati franciſci: et beate Clare: et alioꝝ oim ſanctoꝝ: fac eã ad obſeruantiã ſancti huius ꝓpoſiti peruenire: vt tribulationib⁹ et anguſtijs indeficiens: perpetua conſolatione valeat reſpirare: et iuſte ac pie et caſte per verã humilitatẽ in fraterna charitate fundata: qđ te donante ꝓmittit: felici perſeuerantia cõpleat: et ad vitã proficere mereatur eternam. Qui cum patre. etc.

¶ Statim cantor incipiat hymnũ Ueni creator. Interim ſacerdos dum cantat hymnus: imponat ſibi velũ dicẽs. ¶ Exuat te dñs veterẽ hoiem cũ actibus ſuis: et induat te nouũ qui ſm deũ creat⁹ eſt in iuſticia et ſanctitate veritatis. Accipe ancilla chriſti ſanctũ velũ ꝓfeſſionis tue: ſacrũ ſignaculũ in perpetuũ: cũ quo fideliter valeas peruenire ad regnũ celoꝝ. Per chriſtum etc.

¶ Ad abbatiſſam aũt conuertendo ſermonem dicit.

Hanc ſpõſam tibi trado: vt vſqꝫ in diẽ iudicij conſerues eã ſine macula: et in conſpectu regis altiſſimi reddas cõpotũ Jeſu chriſto. Qui cũ pre. etc.

¶ Finito hymno: dicat ſacerdos. ℣. Emitte ſpiritũ tuũ etc. ℣. Poſt ptũ virgo. ℣. Signaſti dñe ſeruũ tuũ frãciſcũ. ℣. Ora p nob beata Clara. ℣. Orate ꝓ nobis oẽs ſancti. ℣. Dñe exaudi. ℣. Dñs vobiſcũ. Orõ. Deus qui corda fideliũ. Orõ. Concede nos famulos. Orõ. De⁹ qui eccleſiam tuã. Orõ. Famulos tuos qs dñe beate virginis tue Clare. Orõ. Oẽs ſempiterne de⁹ qui nos oim ſanctorum: vt ſupra. ℣. Dñs vobiſcũ. ℣. Benedicamus dño.

¶ His pactis: erigat ſe et det pacẽ abbatiſſe et ſororib⁹ aſtãtib⁹. Poſtea due ſorores deducãt eã p chorũ et det pacẽ p ordinẽ ſicut ſtãt in choro ſororib⁹ vniuerſis.

UVA. BHSC. IyR_230_2

## ¶ Ordo ad benedicendum abbatiſſam.

PRimo electione facta: ⁊ a viſitatore approbata: cantor incipiat. Te deum laudamus. Cū quo proceſſionaliter deducant electam ad eccleſiam: ⁊ quouſq; finiatur Te deū laudam⁹: corā altari iaceat proſtrata. ¶ Quo finito: dicat viſitator. ℣. Cōfirma hoc de⁹ qđ operatus es in nobis. ℟. A tēplo ſācto tuo qđ eſt i hieruſalē. ℣. Dñs vobiſcū. Oro. ACtiones noſtras q̄ſum⁹ domine aſpirando preueni: ⁊ adiuuando proſeq̄re: vt cuncta noſtra oratio ⁊ operatio a te ſemper incipiat: ⁊ per te cepta finiatur. Per chriſtum.

¶ Poſtea reuertatur ad capitulum: ⁊ det ſibi ſigillum viſitator coram omnibus abbatiſſe: ⁊ mandet ſibi per obedientiam ꝙ exequatur ex tunc iniunctū ſibi officium: ⁊ ſororibus vniuerſis ꝙ obediant ei in omnibus que ſuum officium pertinebunt. ¶ Finis.

## ¶ Incipit prologus prime regule ſeu forme viuendi fratrū de penitentia: ſeu tertij ordinis ſancti Franciſci.

NIcolaus ep̄us ſeruus ſeruoꝝ dei: dilectis filijs fr̄ibus: et dilectis in Chriſto filiabus ſororibus ordinis frm̄ de penitētia: tam preſentibus q̄ȝ futuris: ſalutē ⁊ ap̄licā bñdictionē. ¶ Super montē catholice fidei: quā populis gentium qui ambulabant in tenebris: diſcipuloꝝ Chriſti ſyncera deuotio igne charitatis exeſtuās verbo ſollicite p̄dicationis edocuit: quā q̄ȝ Romana tenet ⁊ ſeruat eccl̄ia ſolidum chriſtiane religionis poſitū noſcitur fundamentum: nullis vnq̄ȝ cōcutiendū turbinibus. nullis quaſſandū fluctibus tēpeſtatū. Hec eſt etenim recta veraq; fides abſq; cuius conſortio nemo in cōſpectu altiſſimi acceptus redditur: nemo gratioſus occurrit. Hec eſt que ſalutis ſemitā preparat: ⁊ felicitatis eterne premia gaudiaq; pollicetur. ¶ Ideoq; gl̄ioſus chriſti cōfeſſor beatus Franciſcus huius ordinis inſtitutor: viam aſcēdendi ad dñm verbo pariter et exemplo demonſtrans: ipius ſynceritate fidei ſuos filios erudiuit: eoſq; illam profiteri: conſtanter tenere: ſimiliter ac opere voluit adimplere: vt per eius ſemitā ſalubriter incedentes: mererentur poſt vite preſentis ergaſtulum eterne beatitudinis effici profeſſores. Prologus pontificalis.

### ¶ De modo examinandi volentes intrare ordinem. Cap. j.

NOs igitur ordinē ip̄m oportunis fauorib⁹ proſequētes: ad eius augmētū benignius intendentes ſtatuimus: vt oēs quos ad ſeruandū hm̄ōi vite formam aſſumi contigerit: ante aſſumptionē ſeu receptionē ipoꝝ de fide catholica: et obedientia erga prefatā eccl̄iam diligenti examinationi ſubdātur. Et ſi eas ꝓfeſſi firmiter fuerint: vereq; crediderint: admitti ſeu recipi tute poterunt ad eandē. ¶ Precauēdum eſt tamen ſollicite hereticus ne quis vel ſuſpectus de hereſi: aut etiam infamatus ad vite obſeruationem ipius quomodolibet admittatur. Et ſi talem inueniri contigerit extitiſſe receptum: aſſignetur ille q̄ȝ totius inquiſitoribus prauitatis heretice puniendus.

### ¶ De forma recipiendi volentes intrare ordinē. Cap. 2.

CUm aūt fraternitatem hm̄ōi quis intrare voluerit: miniſtri ad receptionem talium deputati: eius offīm: ſtatū: et conditionē ſolerter explorent: ſibi frater De r̄ceptiōe ad ꝓbationē

UVA. BHSC. IyR_230_2

nitatis einſdē onera: et precipue alienorum reſtitutionē apertius exponentes. Quibus premiſſis: ſi eidē placuerit: iuxta modū hmōi induatur: et de alienis (ſi qua fuerint apud eū) ſatiſfacere ſtudeat in pecunia numerata: vel ſm exhibitā pignoris cautionē. Sec nihilominus proximis recōciliare procuret. ¶ Quibus oibus ad effectum perductis: poſt vnius anni ſpaciū: cū aliquorum diſcretorum fratrū cōſilio: ſi is videbitur ipſis idoneus recipiatur hoc modo: vz vt promittat ſe diuina precepta omnia ſeruaturū: ac etiam ſatiſfacturū (vt cōuenit) de transgreſſionib⁹ quas contra hunc viuendi modū cōmiſerit: cū interpellatus ad viſitatoris extiterit volūtatē. Et hmōi ab eo facta promiſſio: p manū publicā in ſcriptis inibi redigatur. Alio aūt modo nullus a miniſtris recipiatur eiſdem: niſi viſum eis aliter fuerit: conditione perſone: ac ipſius inſtātia ſolicita conſideratione diſcuſſis. ¶ Ordinamus preterea ſtatuentes: vt nullus poſt ipſius fraternitatis ingreſſum: eandē egredi valeat: ad ſeculū reuerſurus. Poſſit tamen tranſitum habere liberum ad religionem aliā approbatā. ¶ Mulieribus vero viros habētibus (niſi de iporū licentia et cōſenſu) nō pateat ad conſortiū dicte fraternitatis ingreſſus.

De receptione ad profeſſionem.

De ſtabilitate in ordine.

De mulieribus.

## ¶ De forma habitus: et qualitate indumentorum. Capitulum. 3.

Fratres inſuper ipſius fraternitatis: de humili pāno in precio et colore: nō prorſus albo vel nigro cōiter veſtiantur: niſi fuerit ad tempus in precio p viſitatores de conſilio miniſtri ob cauſam legitimā et apertā: cū aliquo diſpēſatū: Chlamydes quoq ac pelles abſq ſcolatura ſciſſas vel integras: affibulatas tñ vel patulas vt cōgruit honeſtati. Clauſaſq manicas fres habeāt ſupradicti. ¶ Sorores etiā chlamyde induantur: et tunica de hmōi humili pāno factis: vel ſaltē cum chlamyde habeant guarnellū ſeu placentinū coloris albi vel nigri: aut paludellum amplū de canabo ſiue lino: abſq vlla criſpatura cōſutū. ¶ Circa humilitatē vero panni et pellitones ſororum ipſarum: iuxta conditionē cuiuſlibet earūdem: ac loci cōſuetudinem poterit diſpenſari. ¶ Bindis et ligaturis ſericis nō vtantur: pelles dūtarat agninas: burſas de corio: et corrigias ſimpliciter abſq ſerico vllo factas: et non alias: tā fratres habeāt q̄ ſorores: depoſitis ceteris: iuxta beati Petri apſtorum principis ſalubre cōſilium: vanis huius ſeculi ornamentis.

De habitu ſororum.

Diſpēſatio.

## ¶ Quō non vadant ad inhoneſta conuiuia et ſpectacula: et q hyſtrionibus non dent. Capitulum. 4.

Sit eis ad inhoneſta cōuiuia vel ſpectacula: ſiue curias: ſeu choreas acceſſ⁹ penitus interdictus. Hyſtrionibus: ſeu vanitatis intuitu nihil donēt. Et ne quicq illis donetur a ppria familia: prohibere procurent.

## ¶ De abſtinentia: et ieiunio. Capitulum. 5.

Ab eſu carnium ſecūda: quarta: et ſexta feria: dieq ſabbati abſtineant vniuerſi: niſi aliud infirmitatis: vel debilitatis inſtantia ſuaderet. Minutis vero: per triduū carnes dentur: nec ſubtrahant itinere conſtitutis. Sit quoq ipſarum comeſtio licita ſingulis cū ſolēnitatem precipuam interuenire contigerit: in qua ceteri chriſtiani ab antiquo epulis carneis veſci ſolent. Aliis autē dieb⁹ in quibus ieiuniū non ſeruatur: oua et caſeus non negentur. Sed et cum religioſis ceteris in eorum conuentualib⁹ domib⁹: licite ſumere valeāt de appoſitis ab eiſdē. Sintq prandio: cene q refectione contenti: exceptis languidis: et viatorib⁹: et infirmis. ¶ Sit ſanis cibus moderatus et pot⁹: cū textus euangelicus habeat. Attendite ne corda veſtra crapula et ebrietate grauentur. ¶ Prandiū autem vel cena niſi premiſſa ſemel dñica orōne ſumatur: poſt ſumptionem cuilibet cū deo gras

UVA. BHSC. IyR_230_2

iterāda. Qḋ ſi omitti cōtigerit: dicatur tribus vicibus pater noſter. ¶ Qualibet vero ſexta feria totius anni ieiuniū celebretur: niſi forte infirmitatꝫ: vel alia cauſa legitima excuſentur: vel niſi feſtū natalis dñi feria ipa occurreret obſeruādū. Sꝫ a feſto oim ſanctorū vſqꝫ ad paſcha: quarta ⁊ ſexta feria ieiunabūt. Alia que ab ecclia ſunt ſtatuta vel ordinarijs ex cauſa cōiter in dicta ieiunia: nihilominus ſeruaturi. In quadrageſima vero beati Martini: vſqꝫ ad diē natiuitatis dñi: ⁊ a dominica quinquageſime vſqꝫ ad paſcha: diebus ſingulis (exceptis dñicis) ieiunare ꝓcurent: niſi aliud fortaſſis infirmitas vel neceſſitas alia ſuaderet. ¶ Sorores grauide: vſqꝫ ad ſue purificationis diē ab exercitatione ǭlibet corporali (oronibꝰ dūtaxat exceptis) poterūt ſi voluerint abſtinere. ¶ Laborātes aūt (ꝓpter fatigationis afficiētis inſtantiā) a dñice reſurrectionis feſto vſqꝫ ad feſtiuitatē bti Franciſci predicti: ter in die qua exercitio laboris incūbent: licite ſumere cibū poſſunt. Cū vero illos contigerit aliorū imminere laboribus: de cūctis appoſitis: die quolibet ſumere licebit eiſdē: niſi ſexta feria: vel dies ſit alia in qua gñalr ab eccleſia ieiunium noſcitur inſtitutum.

De ieiunijs ſeruandis.

Diſpenſatio ꝑ ſororibꝰ: ⁊ laboratoribꝰ

¶ Quoties debēt confiteri per annum: ⁊ ſumere corpus Chriſti. Cap. 6.

SInguli aūt fratrū ⁊ ſororꝫ ipoꝝ: ter in anno: vꝫ in natali dñi: in reſurrectionis ipius: ⁊ pentecoſtes feſtiuitatibus peccata ꝓpria cōfiteri: ⁊ euchariſtiā deuote ſuſcipere nō poſtponāt: recōciliando ſe ꝓximis: ⁊ reſtituendo etiā aliena.

¶ Qḋ non ferant arma impugnationis. Cap. 7.

IMpugnationis arma ſecū frēs nō deferant: niſi ꝓ defenſione Romane eccleſie. chriſtiane fidei: vel etiā terre ipoꝝ: aut de ſuoꝝ licentia miniſtrorum.

¶ De dicendis horis canonicis. Cap. 8.

DIcant vniuerſi cotidie ſeptē horas canonicas. vꝫ. matutinum. primam. tertiam: ſextā: nonā: veſperas et cōpletorū. Clerici vꝫ ſciētes pſalteriū: pro ꝑma: Deus in noīe tuo. Beati immaculati: vſqꝫ ad Legē pone: ac alios horarum pſalmos iuxta clericoꝝ ordinē: cū Glia patri dicant. ¶ Cū vero ad eccliam nō accedent: pro matutino pſalmos dicere ſtudeant quos dicunt clerici: vel ecclia cathedralis: vel ſaltē vt illiterati alij: ꝓ matutino duodeci: et ꝓ alia ǭlibet hora ſeptē vicibꝰ pr nr: cū glia pri dicere nō omittāt. In quibꝰ vꝫ prime ac cōpletorij horis minorem ſymbolū: ⁊ miſerere mei deus: adijciant qui nouerunt. Sed ſi horis: non dixerint cōſtitutis: dicant tribus vicibus pater noſter. ¶ Infirmi aūt: horas hmōi nō teneantur dicere: niſi velint. ¶ In quadrageſima vero ſancti Martini: et etiā in maiori: ecclias in quarū parrochijs habitāt: matutinalibus horis perſonaliter adire ꝓcurent: niſi cauſa rationabili excuſentur.

De infirmis

De tpe quadrageſime.

¶ Qḋ omnes qui de iure poſſunt faciant teſtamentum. Cap. 9.

OMnes preterea quibus de iure facultas affuerit: condant ſeu faciant teſtamentum: ⁊ de bonis ſuis infra tres mēſes poſt coꝝ ingreſſuꝫ immediate ſequentes ordinent ⁊ diſponant: ne quēqꝫ illoꝝ contingat decedere inteſtatum.

¶ De pace reformanda inter fratres ⁊ alios extraneos. Cap. 10.

DE pace vero inter fratres ⁊ ſorores: aut etiaꝫ exteros in diſcordia poſitos faciēda: ſicut miniſtris videbitur ita fiat: adhibito (ſi facultas affuerit) epi dioceſani conſilio in hac parte.

¶ Quādo moleſtantur cōtra ius aut coꝝ priuilegia. Cap. 11.

SI vero fratres vel ſorores cōtra ius vel coꝝ priuilegia per poteſtates ſeu rectores locoꝝ vbi domiciliū obtinēt: vexationibus impetātur: miniſtri lo.



UVA. BHSC. IyR_230_2

ei ad epos et alios locoꝝ ordinarios ſtudeant habere recurſum: iuxta cõſiliuꝫ et ordinationem ipſorum in talibus proceſſuri.

## ¶ Q̃d caueant inq̃tũ poſſunt a iuramentis ſolẽnibus. Cap. 12.

A Iuramentis aũt ſolẽnibus oẽs abſtineãt: niſi neceſſitate cogente: in caſibus per indulgentiã apl'ice ſedis exceptis: vꝫ pro pace. fide. calũnia: ⁊ teſtimonio perhibẽdo: ac etiã in cõtractu emptionis: vẽditionis: ⁊ donationis: vbi

De penitẽtia iurantium. videbit' expedire. ¶ In cõi quoq̧ loq̃la vitẽt ꝓut poterũt iuramẽta. ¶ Et q die aliq̃ min' caute iurauerit lapſu lingue (ꝓut cõtingere i multiloquio cõſueuit) die ipo in ſero cũ dꝫ recogitare q̃d fecerit: dicat tribꝰ vicibꝰ orõnẽ dñicã ꝓpter incaute facta hmõi iuramẽta. Memor aũt ſit qlꝫ vt ad diuia obſeq̃a familiã ꝓpriã exhortet'.

## ¶ De audienda miſſa: ⁊ cõgregatione facienda. Cap. 13.

Uniuerſi ſani ffes ⁊ ſorores cuiuſcũq̧ ciuitatis: aut loci: diebꝰ ſingulis (ſi cõmode poterũt) miſſe officiũ audiãt. Et mẽſe quolꝫ ad eccl'iam ſiue loca ad quã vel ad quẽ miniſtri curauerint intimare: cõueniant: miſſarũ ſolẽnia inibi audituri. ¶ Uniuſquiſq̧ aũt vſualis monete denariũ miſſario tribuat: q pecuniam

De collecta facienda. hmõi colligat: ⁊ eã de cõſilio miniſtroꝝ inter ffes ⁊ ſorores pauptate grauatos: et precipue infirmãtes: ac eos qui funeris carere dignoſcũtur exequijs: ⁊ deinde inter pauperes alios diuidãt cõgruẽter. ¶ Offerãt inſuper de ipa pecunia eccl'ie memorate. Tũcq̧ (ſi cõmode poterũt) virũ religioſum ⁊ in verbo dei cõpetẽter inſtructũ hẽre ꝓcurẽt: q eos ad pniaꝫ: ⁊ mĩe opa exercẽda hortet': ſolicite moneat et inducat. ¶ Studeat quilꝫ dũ miſſe celebrat' offm: ⁊ p̃dicationis verbũ ꝓponit': ſeruare ſilẽtiũ: orõni et officio ſit intẽtꝰ: niſi eũ cõis vtilitas fraternitat' impediat.

## ¶ De fratribus infirmis: ⁊ defunctis. Cap. 14.

CUm aũt quẽmq̧ ex fratribus infirmari contigerit: miniſtri per ſe vel per alium ſeu alios (ſi hoc eis infirmꝰ fecerit intimari) ſemel in hebdomada viſitare teneãtur egrotũ: ipm ſolicite ad recipiẽdũ pniam (ꝓut melius ⁊ efficaciꝰ expedire putauerint) inducẽtes: neceſſaria illi de bonis cõibus miniſtrãdo. ¶ Et ſi prefatus infirmus de pñti luce migrauerit: fratribus et ſororibus tũc in ciuitate

De exequijs faciendis. vel loco vbi eũ cõtigerit mori pñtibus nũcietur: vt defuncti exequijs ꝓcurent pſonaliter intereſſe. A quibꝰ donec miſſarũ fuerint celebrata ſolẽnia: ⁊ corpus tumulo cõditum: nõ recedant. ¶ Hoc quoq̧ circa ſorores infirmas ⁊ decedentes

De recitandis p defunctis. volumus obſeruari. ¶ Preterea infra octo dies poſt ipius ſepulti obitũ immediate ſequẽtes: quilibet ffm ⁊ ſoroꝝ ipſarũ dicat ꝓ aĩa eius: ſacerdos vꝫ miſſam vnã. Sciẽs pſalteriũ. 50. pſalmos: ⁊ illiterati totidẽ P̃r nr̃: ⁊ in fine cuiuſlibet Requiẽ eternã adijciat. Et poſt hec: infra annũ ꝓ fratrũ et ſoroꝝ tã viuoꝝ q̃ defũctoꝝ ſalute: tres miſſas faciãt celebrari. Qui vero pſalteriũ ſciuerit: illd̃ dicãt: ⁊ ceteri orõnẽ dñicã cẽties dicere nõ omittãt: et requiẽ eternã i fine cuiuſlꝫ addituri.

## ¶ De miniſtris. Cap. 15.

MIniſteria quoq̧ ac alia officia q̃ preſentis formule ſeries exprimit: impoſita ſibi quiſq̧ deuote ſuſcipiat: curetq̧ fideliter exercere. ¶ Officium aũt cuiuſlibet: certi tẽporis ſpacio limitetur. Nullus miniſter inſtituatur ad vitam: ſed eius miniſterium certum tempus cõprehendat.

## ¶ De viſitatione: ⁊ correctione delinquentium. Cap. 16.

AD hec miniſtri: ⁊ ffes: ac ſorores ciuitatis ⁊ loci cuiuſlibet ad viſitationẽ cõem in aliquo loco religioſo vel eccl'ia vbi locũ hmõi cõtigerit deeſſe cõueniãt et viſitatorẽ habeãt ſacerdotẽ: q alicuius approbate religiõis exiſtat: q̃

UVA. BHSC. IyR_230_2

illis de cōmiſſis exceſſib⁹ iniungat pniaȝ ſalutaré. Nec quis ali⁹ poſſit eis hmōi viſitatiōis officiū exhibere. ¶ Quia vero p̄ſens vivēdi forma inſtitutionem a btō frāciſco p̄libato ſuſcepit: cōſulimus vt viſitatores ⁊ informatores de frm mino-rū ordine aſſumātur: q̄s cuſtodes vel guardiani eiuſdē ordinis cū ſup hoc req̄ſi-ti fuerint: duxerint aſſignādos. Nolum⁹ tn̄ congregationē hmōi a laico viſitari. Hmōi aūt viſitationis officiū: ſemel exerceat̄ in anno: niſi neceſſitate aliq̄ ſuaden te fuerit pluries facienda. ¶ Incorregibiles vero: ac inobedientes: monitio trina p̄ueniat. Qui ſi ſe corrigere nō curauerit: de ipius cōgregatiōis cōſortio expellā-tur omnino: de conſilio diſcretorum.

*Qd viſitator ſit ordinis minorum.*

*De incorre-gibilibus.*

¶ De vitandis litigijs inter ſe: et cū alijs. Cap.17.

VItent inſuper frēs ⁊ ſorores (iuxta poſſe) litigia inter ſe: illa (ſi ſuſcitari cō tigerit) ſolicite dirimēdo. Alioquin de iure corā illo reſpōdeāt: apud quē po-teſtas reſidet iudicandi.

¶ Qualiter et per quos in abſtinentijs poſſit diſpenſari. Cap.18.

ORdinarij aūt locoꝝ: vel viſitator cū frib⁹ et ſororib⁹ vniuerſis: i abſtinen-tijs. ieiunijs: ⁊ auſteritatib⁹ alijs: ex cā legitima (cū expedire viderint) pote-runt diſpenſare.

¶ Qd miniſtri eoꝝ manifeſtas culpas denūtiēt viſitatori. Ca.19.

MIniſtri vero manifeſtas frm et ſororꝝ culpas viſitatori denūtiēt puniēdas. ¶ Et ſi quiſq̄ incorrigibilis fuerit: poſt trine admonitionis inſtantiā: a mini ſtris (de diſcretoꝝ frm aliqꝝ cōſilio) viſitatori nūtiet̄ eidē: de fraternitatis conſor tio abijciendus ab ipo: ⁊ in cōgregatione poſt modū publicandus.

*De incorre-gibilibus.*

¶ Qualiter in predictis nemo obligatur ad culpā mortalē. Cap.20.

CEterū in premiſſis oibus: ad q̄ frēs veſtri ordinis nō ex diuinis p̄ceptis: vel ſtatutis tenētur eccl'ie: nullū ipoꝝ ad mortalē culpā volumus obliga-ri: ſed impoſitā ſibi pniam pro tranſgreſſionis exceſſu prompta humilitate reci-piat: ⁊ efficaciter ſtudeat adimplere.

¶ Nulli ergo oino hoim liceat: hāc paginā noſtri ſtatuti: ⁊ ordinationis infringe re: vel ei auſu temerario cōtraire. Si qs aūt hoc attētare preſumpſerit: indigna-tionis oipotentis dei: ⁊ beatoꝝ Petri ⁊ Pauli apl'oꝝ eius ſe nouerit incurſuꝝ. Datum Reate. 16. Kalendas Septēbris: pontificatus noſtri anno. 2.

## ¶ Incipit prologus ſecunde regule: ſeu forme viuendi frm ⁊ ſoroꝝ: de penitētia: ſeu tertij ordinis ſancti Franciſci.

SCiendum: q Leo. 10. ordinauit denuo regulaȝ p fratribus et ſororibus tertie regule beati Frāciſci: qui tria vota eſſentialia emittunt: et in congregatione viuūt. Et q2 hmōi no ua regula nūq̄ fuit impreſſa in aliquo libro ordinis: ideo opere pre cium viſum eſt illaȝ hic inſerere. ¶ Sed aduertendū: q predicta or-dinatio regule: facta eſt bis vel ter ab eodem Leone. 10. et nō vnifor miter. Quarum vltima videtur melior: et que in partibus Hiſpaniarum per re-uerendum patrem miniſtrum generalem trium ordinum beati Franciſci recepta et diuulgata: necnon et omnibus predictis tertiarijs tradita eſt. Ideoq̄ p̄fatā vl-timā regulā (reliq̄s omiſſis) imprimere curaui de verbo ad verbum: put ſeq̄tur.

*Collector.*

¶ Dilectis filijs fratribus et ſororibus tertij ordinis beati Franciſci: ſub trib⁹ vo tis eſſentialibus in congregatione viuentibus,



UVA. BHSC. IyR_230_2

Prohemiũ pontificale.



Eo. papa.10. Dilecti filij ac filie: ſalutẽ ⁊ apl'icã benedictionẽ.
Inter cetera nr̃o regimini credita: ea nos potiſſime ſollici-
tos reddunt: per q̃ frenatis mũdi: carniſq; concupiſcẽtijs: innocen
tie primeq; pacis celitus collate trãquillus ſtatus ad ſuã primeuã
reduci cognoſcitur originẽ. ¶ Dudũ ſiquidẽ huius gr̃a Nicolaus
papa.4. predeceſſor noſter: tertiã regulã beati Frãciſci quã de peni
tentia appellauit: per quã almus cõfeſſor hoies vtriuſq; ſexus fideles: ſpiritu dei
plenus ſaluare cõtendebat: confirmauit ⁊ approbauit. ¶ Verũ q2 tẽporis decur
ſu ſpirante illo ſpũ ſancto: nõ ſolũ viri coniugati: mũdiq; huius incole: p quib9
a beato Frãciſco prefata tertia regula edita fuerat: verũ etiã innumerarũ virginũ
chori: tribus eſſentialibus: ⁊ a quibuſdã etiã clauſure: noſtra auctoritate aſſũptis
votis: constructiſq; monaſterijs q̃plurimis: non ſine militantis eccleſie fructu
multiplici: ⁊ edificatione: prefati tertij ordinis iugo ſua colla ſubdiderunt. ¶ Et
qm̃ in dicta tertia regula quedã maritatis accomoda: celebi vero: virgineoq; ſta
tui ſub hmõi tertia regula dño famulantibus: nullatenus decentia innectuntur:
ob quod caſtorũ animorũ nitidi affectus ab ingreſſu dicti ordinis nõnunq; auer-
tuntur: nos iuxta dñi voluntatẽ: precioſum a vili ſeparãtes: eãdẽ tertiã regulam
in modũ qui ſequitur diſtinctã: de nouo cõfirmamus ⁊ approbamus: ac vobis
ac ſucceſſorib9 veſtris ſeruandã tranſmittimus: cuius tenor ſequitur ⁊ eſt talis.

¶ De nouiciorũ: ſeu nouiciarũ ingreſſu. Cap. j.

Cõditiones recipiẽdorũ

Fratres ſeu ſorores ad hunc tertiũ ordinẽ recipiendi: debent eſſe fideles ca-
tholici. de hereſi nõ ſuſpecti. i obediẽtia Romane eccl'ie firmi. matrimonio
non ligati. debitis expediti. corpore ſani. animo prõpti. nulla vulgari infamia ma
culati. cũ proximis recõciliati. Et de iis oĩbus anteq; recipiantur: ab eo qui reci-
piendi habet facultatẽ: ſunt diligenter examinandi.

¶ De his que habent promittere fratres et ſorores in profeſſione hu-
ius tertie regule. Cap. 2.

De habitu frm̃ et ſororꝝ

Fratres et ſorores poſtq; per vnũ integrũ annũ habitum ꝓbationis detule-
rint (qui de vili pãno: arbitrio viſitatoris eſſe debet) ſi conuerſatio laudabi-
lis fuerit apud cõuentũ in quo quis: vel q̃ habitũ probationis portauerit: de con-
ſilio diſcretorũ dicti conuentus: ad ꝓfeſſionez dicti ordinis recipiatur. ¶ In qua

De forma ꝓfeſſionis.

profeſſione promittat ſeruare mãdata dei: ac ſatiſfacturũ de trãſgreſſionibus q̃s
facere poſſet in futurũ contra hanc tertiã regulaz: vbi a prelatis requiſitus fuerit:
viuendo in obediẽtia: ſine ꝓprio: et in caſtitate.

¶ De ieiunio. Cap. 3.

Fratres et ſorores perpetuis tẽporibus feria ſecũda. quarta. ſexta: et ſabba-
to (excepto dñice natiuitatis feſto) carnes non comedãt. Et a feſto oĩm ſan-
ctorum vſq; ad reſurrectionẽ dñi: omni feria quarta et ſexta ieiunare teneãtur. Ac
ſimiliter qualibet ſexta feria totius anni. ¶ Itẽ a feſto beati Martini vſq; ad nati
uitatem dñi ieiunent cotidie: iuncta quadrageſima vniuerſalis eccl'ie vſq; ad re-
ſurrectionem dñi: quã tñ a quinquageſima incipere debẽt. ¶ Diebus vero q̃bus
non ieiunatur: bis in die dũtaxat comedant. ¶ Excepto q2 a feſto paſche vſq; ad

De laboratoribus.

menſem octobris: laborãtes penoſo: ſeu graui labore: ter in die refici poterunt: ie-
iuniorum ſemper diebus exceptis. Poterunt aũt itinerantes. infirmi. debiles:
tempore neceſſitatis ieiunium ſoluere.

¶ De diuino officio: et oratione. Cap. 4.



UVA. BHSC. IyR_230_2

FRatres ⁊ ſorores in eccl'ia ſeruēt ſilentiū: pſertim qn̄ miſſa celebratur: vel ſer De ſilentio.
mo dei pponitur. De alijs vero locis: ſeruēt qđ per ſuos ſuperiores circa ſi
lentiū illis fuerit ordinatū. ¶ Debēt etiā quolibet die in ſero: intra ſe ⁊ deū cogita-
re qđ fecerint: dixerint: vel cogitauerint. ¶ Quolʒ aūt die (ſi potuerint cōmode) De miſſa au
debeāt audire miſſam. Et pcurare debēt ꝙ habeāt virū religioſum: q illis verbuʒ dienda.
dei certis dieb⁹ pponat: ⁊ eos ad pn̄iam ⁊ virtutes inducat. ¶ Illi aūt vel ille: q Pro clericꝭ
vel q̄ horas canonicas ſciunt p ſe dicere: debēt horas canonicas ſm̄ vſum ſancte Pro laicis.
Romane eccl'ie pſoluere. ¶ Qui vero horas canonicas neſciūt dicere: dicāt duo-
decim Pr̄ nr̄ p matutino: ⁊ pro qualʒ aliarū horarū ſepté: addito Glia pri: in
fine cuiuſlʒ Pr̄ nr̄: addito etiā Credo: ⁊ Miſerere mei de⁹: in pncipio Prime:
et Cōpletorij. Et q pmiſſa neſcierit: ter Pr̄ nr̄: p pn̄ia dicere debeat. ¶ Quoties
aūt prandiū: vel cibū ſumūt: grās deo reddere debēt. ¶ De cōfeſſione vero ſacra- De pfeſſiōe:
mētali: ⁊ ſacra cōione ſumēda: ſeruabūt ordinationē Nicolai ppe. 4. ꝙ ter i āno et cōione.
confiteātur atꝗ cōicent: vel etiā ſtatuta a ſuis ſuperioribus ſuper hoc ordinata.

¶ De prelatorum: ⁊ officioꝝ ordinatione. Cap. 5.

QUelibet dom⁹: ſi monaſteriū viroꝝ fuerit habebit ſuperiorē iſti⁹ fraternita
tis: q miniſter localis appellabitur. Si vero mulierū: mater dicetur. Et eli-
gentur p ſuos cōuent⁹: vel inſtituentur per ſuos pūinciales ſupiores: ſeu viſitato
rem gn̄alē. Ita tn̄: ꝙ nullus ſit perpetu⁹: ſed certi tēporis. ¶ Qui miniſtri: ⁊ ma- De ſubiectio
tres obediēt p oīa q̄ ad preſentē regulā ſpectāt: puīncialibus miniſtris ordis mi- ne ordi miniſ
norū beati frāciſci: ⁊ viſitatorib⁹ deputatis ab ipis miniſtris: q̄diu in dictis of- trū minorū.
ficijs fuerint. Quo vero ad alia officia intra domū: ſeruabunt ſtatuta ſua.

¶ De modo interius exteriuſꝗ conuerſandi. Cap. 6.

QUm fr̄es ⁊ ſorores hui⁹ fraternitetis dicātur de pn̄ia: oportet eos ab omnī De qualitate
curioſitate tā in veſtib⁹ q̄ ab alijs quibuſcūꝗ abſtinere. Et iuxta aplīcū pn- veſtium.
cipis beati Petri ſalubre cōſiliū: depoſitis ceteris vanis hui⁹ ſeculi ornamentis:
nullū ornamentū corporale portare debēt: niſi ſolū humile: ⁊ neceſſariū tegumen-
tum corporis ſui. ¶ Debēt etiā ab acceſſu curiarū principū: dn̄orū: ſeu dn̄arū vbi
mollia hui⁹ mūdi (dn̄o teſtāte) habēt: oīno cauere. ¶ Nec vllo vnꝗ tp̄e choreis. lu
dis. iocis: ⁊ alijs hiſtrionū vanitatib⁹ intereſſe. ¶ Debēt quoꝗ eſſe parci in ver- De pcitate
bis ⁊ locutionib⁹: q̄ raro ſine pctō multiplicātur. Et ſup oīa ab oī mēdatio: ⁊ iu- ſermonis.
ramēto quocūꝗ: iuxta mādatū dn̄i: niſi p pace, fide, calūnia: ⁊ teſtimonio phi-
bēdo: cauere debēt. ¶ Et oī die in ſero: inter cetera debēt examinare ſe: ſi vel mēda
ciū: vel iuramētū aliqđ fecerint: ⁊ p quolʒ: ter Pr̄ nr̄ dicere debent.

¶ De viſitatione: ⁊ cura infirmorū. Cap. 7.

SI quis frater vel ſoror huius fraternitatis in infirmitate ceciderit: miniſter
dom⁹ vel mr̄: ſemel cotidie p ſe vel p aliā pſonā viſitare teneatur. Et de bo-
nis cōibus: oīa neceſſaria diligēter faciat illi miniſtrari. ¶ Teneatꝛ ꝗ infirmū: vel
infirmā monere ad pn̄iam acceptādā: verāꝗ cōuerſionē ad deū faciēdā: mortis
ppinquitatē: ⁊ iudicij diuini diſtrictionē: ſimulꝗ diuinā miam pponēdo.

¶ De viſitatione quā plati debēt facere circa fr̄es ⁊ ſorores. Cap. 8.

MIniſter puincialis frm̄ minoꝝ: vel viſitator eiuſdeʒ ordinis cui ipe cōmiſe-
rit: viſitabit quolʒ anno: ſemel tm̄ quālibet domū: cū pſentia ſenioꝝ. Et facta
viſitatiōe: nō debet intrare officinas: nec alia interiora ſoroꝝ. Ipe aūt viſitator nū De ingreſſu
q̄ ſolus maneat ⁊ ſeparat⁹ cū aliqua ſorore. ¶ Debēt aūt miniſtri ⁊ matres dice clauſure.
re viſitatori defect⁹ qui correctione indigēt. Similiter ⁊ alij fratres ⁊ ſorores. Et



UVA. BHSC. IyR_230_2

De incorregibilibus.

ſi aliqui fuerint incorregibiles iudicio diſcretorum: vel diſcretarum domus: tāq̄ morbida pecora eijciantur de congregatione.

De officijs mortuorum. Cap. 9.

De exequijs faciendis.

POſtq̄ aliqs frater: vel ſoror ab hac luce migrauerit: curabit miniſter: ſeu mater ꝙ eius exequie ſolēniter celebrentur. Quibus exequijs oēs fratres: vel ſorores alicuius domus: vbi ipm mori contigerit: perſonaliter intereſſe debent: nec recedere donec corpus traditum ſit ſepulture. Et ꝓ aīa cuiuſlibet defuncti: vel defuncte: infra octo dies quilꝫ ſacerdos vnā miſſam: ſcientes aūt pſalteriū: quinquaginta pſ. neſciētes vero pſ. quinquaginta Pr noſter: ⁊ i fine cuiuſlibꝫ Requiem eternā dicere teneātur. In fine aūt cuiuſlibet anni: ſeu infra quēlibet annū quilibet ſacerdos tres miſſas ꝓ defunctis: ſcientes pſalteriū: vnū pſalteriū: neſciētes vero pſalteriū: cētum Pr noſter: cū Requiē eternam in fine cuiuſlibet dicere debeāt. Et circa iſta officia ꝓ defunctis: ⁊ alia officia diuina in preſenti ſerie annexa: cura imponitur miniſtris ⁊ matribus vt fideliter perſoluantur.

De recitandis ꝓ defūctis.

De obligatione cōtentoꝝ in regula. Cap. 10.

OMnia ⁊ ſingula in preſenti regula contenta: ſunt cōſilia ad facilius ſaluandas aīas viatorū. Et nulla ſunt obligatoria ad peccatū mortale vel veniale: niſi humano: vel diuino iure aliquis alias eſſet obligatus. Obligantur tamen fratres ⁊ ſorores facere penitentias ſibi a ſuperioribus impoſitas: quando ſuper hoc requiruntur. Obligantur etiam ad tria vota eſſentialia: paupertatem: nihil habendo in ſpeciali. Caſtitatem: quia poſt votum non poſſunt matrimonium contrahere: nec ſine tranſgreſſione vicijs carnis ſe immiſcere. Et obedientiam: quantū ad illa ſine quibus nō poteſt cōmode iſta fraternitas manu teneri. Tenentur etiam ad clauſuram ſeruandā ille q̄ ipam expreſſe ſeruare vouerint. Quod oībus ⁊ ſingulis conuentibus concedimus: dūmodo hoſpitalitas et charitas quā exercere ſolent apud infirmos: nullum cū honeſtate patiatur detrimentum. Datū Rome apud ſanctuꝫ Petrū: ſub annullo piſcatoris: die vigeſima Januarij. M.D.xxi. Pontificatus noſtri anno octauo.

De tribus votis.

De clauſura

## Ordo ad induendum fratres et ſorores tertij ordinis ſancti patris franciſci.

PRimo benedicantur veſtes in hunc modū. ℣. Adiutorium noſtrum. ℟. Qui fecit. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum. Oratio.

DOmine Jeſu chriſte ſeminator ⁊ inſpirator religioſi propoſiti: qui ꝯs indumentū nr̄e carnis ꝓ ſalute gn̄is humani miſericorditer ſuſcipere voluiſti: ⁊ in preſepio vilibus pānis inuolui non horruiſti: reſpice ꝓpicius ad p̄ces humilitatis noſtre: ⁊ has religioſas veſtes: quas hic famulus tuus. N. vel hec famula tua. N. propter amorē tuum abiecto habitu ſeculari ꝓponit induere: bene ✠ dicere tua pietate digneris: et cōcede ꝓpici⁹: vt ſicut exterius his religioſis induitur veſtimentis: intus renouetur affectibus: ⁊ per interceſſionē beati patris nr̄i franciſci: induere eū: vel eā digneris. Qui viuis ⁊c̄.

Poſtea ſuper chordā dicatur. Oratio.

DEus qui vt ſeruū abſolueres: filiū ligari funibus voluiſti: bn̄dic q̄s funem iſtum: et p̄ſta: vt famulus tuus. N. vel famula. N. q vel q̄ eo velut ligamine penitētiali cingetur: vinculorū eiuſdē filij tui dñi nr̄i Jeſu chriſti memor exiſtat: ⁊ in ordine queꝫ aſſumit ſalubriter perſeueret: et tuis cū effectu ſemper obſequijs ſe

UVA. BHSC. IyR_230_2

alligatum eſſe cognoſcat. Per eundem chꝛiſtum.ꝛc.

¶Hic habitus et choꝛda aſperguntur aqua benedicta: et induitur frater vel ſoroꝛ habitu bñdicto a p̄lato. Et dicat ſup eũ: vel eã. ℣. Dñs vob. ℟. Et cũ. Oꝛo.

Maieſtatem tuam dñe ſuppliciter exoꝛamus: vt famulum tuũ. N. vel famulam tuam. N. cui de tua gratia preſumentes nr̄e religionis veſtẽ imponimus: digneris inter diſcipulos tuos virtute ex alto induere: iuſticie loꝛica munire: et ſalutis protegere veſtimento: vt intercedẽte beatiſſimo patre noſtro ſeraphico confeſſoꝛe tuo Franciſco: ſub humilitatis veſte tibi perſeuerãter deſeruiens: ad ſtolam immoꝛtalitatis et gl̄ie mereatur peruenire. Qui viuis et regnas in ſc̄la.ꝛc.

¶Hic cingitur a prelato cingulum. Deinde. Oꝛo.

Deus qui beato Petro apoſtolo tuo ſignificans qua moꝛte clarificaturus eſſet deum: predixiſti per aliũ in ſenectute ſp̄m foꝛe cingendum: famulũ tuũ. N. vel famulã tuã. N. quẽ: vel quã cingulo noſtre fraternitatis p̄cingim⁹: tua q̄s charitate p̄cinge: tui nois metu cõſtringe: ꝛ choꝛda ſalutari coꝛ ei⁹ regulari alliga diſciplina: vt tua ei opitulãte gratia: ſolutus et liberat⁹ a mũdo: tuoq̄ꝫ vinct⁹ ſeruitio: vel ſoluta et liberata a mũdo: tuoq̄ꝫ vincta ſeruicio: in oꝛdinis quẽ aſſumit obſeruãtia vſq̄ꝫ in finẽ iugiter perſeueret. Qui viuis et regnas in ſecula.ꝛc.

¶Tandẽ ſuper fratrem indutum: et precinctum: vel ſoroꝛem indutã et precinctã dicatur. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum. Oꝛatio.

Deus q̄ mira crucis miſteria: in tuo deuotiſſimo cõfeſſoꝛe btō Frãciſco multiformiter demõſtraſti: da famulo tuo. N. vel famule tue. N. ip̄i⁹ ſemp̄ exẽpla ſectari: et aſſidua eiuſdem crucis meditatione muniri. Per Chꝛiſtum ꝛc.

## ¶Incipit pꝛologus regule Conceptionis immaculate ſemperq̄ꝫ virginis genitricis dei Marie.

